

Ms. 643

Liber Bibliothecae Academicae  
publicae Senkenbergianae.  
Rep. No.

Gr  
Handschrift

Von den Benutzern  
die von ihnen v  
Auch sonstige Ver  
die beänglichen M  
Katalogs ergänzen  
Für die Herstellu  
Bücherverwaltung.

Zeit der  
Be-  
nutzung (Voller N


1878  
Aug 3-16 Dr.

1904  
März 15 - Dr.  
Com  
Priv


1927  
Okt 16 - Ein  
Gene  
gen

1969 Klein  
Johann  
Lamm


zung  
e oder  
ganz  
rieben?  
ing)







Vita Beati Lüdgeri  
Monasteriensis Ecclesie



Proto-episcopi

Per

Alfridum Tertium

Ibidem

Episcopum

conscripta



1850

London

Photograph

The

Photograph

Album

Photograph

Album

Per  
spit

Genealogia  
Sancti Ludgeri Trifii


Wrsingus Ado  
Uxor Adalgarda.

---

Nothgrimus.	Novem filios	Thiadgrimus
ejus posteritas	quarum sex	uxor
non recensetur.	moniales, tres	Liasburg
	maritate.	

---

Gerfridus Secundus	Ludgerus primus	Heldegimus	Heriberga
episcopus monasteriensis.	episcopus Monasterien-	primus episcopus	Monialis.
	sis.	Halberstadi-	ensis.



*[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*

Alfrid  
monachi  
homino  
prietu  
tuitur c  
tenlevis  
maltis a  
pougend  
tamen c  
quia re  
pou ad  
ad amor  
cadunt  
Exempla  
mouco  
ad infra  
pino  
Id et  
et ven  
Virtu  
opentur  
tulcio  
facta

3

+  
Vita beati Liudgeri Monasteriensis Ecclesie  
Protoepiscopi; per Alfridum, tertium  
ibidem Episcopum.

Alfridus gratia Dei Episcopus, charissimis fratribus et  
monachis in canobis sancti saluatoris, et sancti patris Liudgeri,  
Domino seruientibus in Christo. Petitioni vestra idcirco consensum  
præbui, quia fraternitati vestrae nihil denegare potui. Postulastis  
igitur crebris precibus, ut de vita sancti patris Liudgeri aliquid  
conscribere iuberem, quatenus tam veneranda illius exempla  
multis ad adificationem proficerent. Ad quod studiosum opus  
peragendum, quamuis imparum me esse, et scientia debilem senem;  
tamen caritate cogente, animum ad illud scribendum applicui;  
quia nefas putavi tanti viri tacere virtutes; cum beati Gre-  
gorij ad indagationem sacri verbi socius, dicat. Sunt nonnulli quos  
ad amorem celestis patrias plus exempla, quam prædicamenta in-  
cendunt; fit vero plerumque audientis animo duplex adiutorium.  
Exempla etiam et actus sancti Liudgeri, ideo plene comprehendere  
nequeo, quia non ea visu sed auditu didici: illis attestantibus, qui  
ab infantia illum noverunt, atque ab eo eruditi fuerunt Hildi-  
grimo scilicet Episcopo fratre eius, et Gerfrido Episcopo nepote eius,  
sed et sancti moniali femina Heriberga germana eius: quin imo  
et venerabilibus eius presbyteris Aluberto, Atingo, et Thiadbaldo.  
Virtutibus igitur multis atque signis, quæ per illum Dominus  
operatus est, per negligentiam prætermisisti; ea sola huic libello  
inscribi feci, quæ vna vobiscum aut visu deprecandi; aut  
facta certi cognoui.

Index Capitulum.

De persecuti.

De persecutione Wripsingi. De expulsiōe eius  
 Quomodo Radbod tentavit reuocare illum  
 De obitu Pippini. De obitu Wripsingi  
 De natiuitate Liaburga.  
 Quomodo Liaburga de periculo mortis erepta sit  
 De natiuitate sancti Liudgeri. De industria eius.  
 De aduentu Aluberti, et qualiter vna cum Liudgero trans mare redijt.  
 Quomodo iterum sanctus Liudgerus transmarine petijt.  
 Quomodo sanctus Liudgerus ad patriam redijt.  
 De aduentu sancti Liufuini. De obitu sancti Liufuini.  
 Quomodo sanctus Liudgerus in Fresia idola destruxit.  
 De ordinatione Albrict, et sancti Liudgeri.  
 Qualiter sancto Liudgero gubernacula plebium reuelata sunt.  
 Qualiter sanctus Liudgerus in Fresia docuisset.  
 Versus Gosephi ad sanctum Liudgerum.  
 Versus Alubini de Ecclesia sancti Liudgeri.  
 Qualiter Widukindus Fresones auertit a fide, et qualiter sanctus  
 Liudgerus Beneuentinam regionem adierat, vel quomodo redierat.  
 Quomodo sanctus Liudgerus ad Fostesland transfretauevat.  
 Quomodo in Saxonia sanctus Liudgerus Episcopatum accepit.  
 Qualiter sanctus Liudgerus Episcopus sit ordinatus.  
 Qualiter per signaculum hominis Bernleuum illuminauerit.  
 Quomodo idem Bernlef baptizauerit.  
 Qualiter sancto Liudgero de Nordmannis reuelatum sit.  
 De signo in Bilubekht ostenso. De miraculo piscis steurionis.  
 Qualiter sanctus Liudgerus vitam magistrorum suorum descrip-  
 serit, et quales mores habuit.  
 De obitu:

est s<sup>ti</sup> Bonifacij.

De obitu sancti Liudgeri. De sepultura eius.  
 De signis quae post eius obitum Dominus per eum ostenderit.  
 De Grmingero sanato. De paralytica sanata.  
 De Sigiburga sanata. De filia Beatrixici sanata.  
 De Hildivado sanato. De Modfuit inluminata.  
 De mancipio Hiadulphi sanato.  
 De Helidunino sanato.  
 De muliere in hora Evangelicae lectionis inluminata.  
 De Osberto sanato. De paralytica sanata.  
 De caco sanato nomine Gerbaldo.  
 De paralytica sanata. De surdo sanato.  
 De lumine caelitus emisso, et de sonitu signorum.  
 De Eilivoldo inluminato.  
 De Ricberto inluminato.  
 De ostensione Adclunardi monachi.  
 De muliere paralytica sanata.  
 De absolute Adam.  
 Qualiter mulier de Budica sanata sit.  
 De Warmundo sanato.  
 De Brenfrido sanato. De dimembrato sanato.  
 De suspensio liberato.  
 Qualiter sanctus Liudgerus divina inspiratione monasterium  
 Domino nitentur conservare.  
 Quod divinis officijs sine mora sit insistendum.  
 De simili miraculum sequitur  
 Conclusio.

De persecutione.

De persecutione Wifingii.

Vitam sancti Lindgeri scripturus, ratum duxi altius repetendum, ut quibus in hoc saeculo sit parentibus editus, euoluam. Fuit in diebus Radbodi Regis Fresonum vir quidam Nobilis in ea gente Wifingus nomine, cognomento Ado, qui quamuis fidem sanctae Trinitatis necdum sciret, erat tamen adiutor pauperum, ac defensor oppressorum, in iudiciisq; iustus. Sed quida gens illa eo tempore in errore infidelitatis erat excaecata, multa multi iniusta a Rege crudeli, et ab eius ministris fuerant perpetrati. Alios enim Rex idem insidiando necauerat, et Sarciditates illorum possidebat; alios vero extraterrminos effugabat; et nihilominus ipsorum sibi Sarciditates vindicabat. Sed vir praefatus se minime subtrahens quo minus veritatem coram Rege et eius Principibus defenderet; nullius personam in iudicando iuste, et amplectendo veritatem respiciebat. Quia de re contigit ut magnas a Rege crudeli insidias pateretur, ita ut iuberet illum callide interfici, et facultates eius tolli. Quod lachryale consilium illi continuo vnus ex Conciliarijs Regis nunciari curauit, eo quod a pluribus diligeretur.

De expulsiōe eiusdem.

Tunc Wifingus vna cum coniuge sua Adalgarda, et filio vno quem habebat Rothgerino nomine, et cum paucis domesticis suis occulte fugiens ad Ducem Francorum nomine Grimoldum peruenit. Qui benigne ab eodem Duce susceptus, habitauit in regione Francorum, et imbutus fide Catholica baptismi consecutus est gratiam vna cum coniuge sua et filio, ac domo reliqua. Post praefati vero Ducis obitum, singuli Duces Francorum venerabilem Wifingum honoratum beneficijs relinuerunt secum.

Wpov=

5

Vxor vero eius in peregrinatione genuit ei filium alterum, nomine Thiadgrimum, et filias novem, et defuncta obiit in pace, nec non et sex filia eius in virginitate ab hac luce subtracta sunt. Pater igitur filios duos cum filiabus tribus quae remanserant cum timore Domini nutriens, servavit castitatem suam reliquum tempus vitae suae.

### Quomodo Radbodus tentavit Wifingum venocare.

His ita gestis Rex Radbodus infirmari cepit, infirmitate qua et mortuus est, et sex annis continuis ante diem mortis suae paulatim travit dolorem, cepitque regnum eius deficere, regnum quoque Francorum augmentando proficere. Infirmatus autem misit ad virum memoratum Wifingum, postulans ut ad se rediret, recepturus hereditatem suam, insuper et alia multa se daturum ei spopondit, si pacem secum tenere voluisset. sed vir Catholicus precibus eius non acquievit: iterum autem Radbodus misit ad eum, postulans, ut si ipse venire nolisset, saltem filium suum ad se mitteret, et daturum se ei daturum quicquid sibi promiserat. Igitur Wifingus tandem precibus victus, misit ad eum filium suum iuniorum, quem ille benigne suscipiens, fecit honorifice habitare secum, et restituit ei hereditatem patris. Ipse tamen pater cum filio seniore, et filiabus, habitavit in regione Francorum usque ad obitum Francorum Radbodi.

### De obitu Pippini Ducis Francorum.

Contigit autem Pippinum Ducem Francorum de hac luce migrasse, et filium eius Carolum regno potiri patris, qui multas gentes sceptris adiecit Francorum; inter quas etiam cum triumpho ipsi gloria Frieslandam extincto Radbodo paterno addidit imperio. In  
qua

quã tunc gentis sanctus Willibrordus positus est prædicator, sedesque  
Episcopalis in Traiecto Castello delegata est, sicut in libello de  
vita ipsius Willibrordi scriptum legitur. Sed et igitur Carolus me-  
morato Wrsingo beneficiũ in confinio Frisiorum, et direxit  
eum ad patriam suam causa fidei roboranda. Qui veniens accep-  
ta hereditate propria, habitavit in loco qui dicitur Suabna,  
iuxta Traiectum, et cepit esse adiutor sancti Willibrordi cum  
filiis et propinquis suis in quibuscumque potuerat. Diligebat eum  
sanctus Willibrordus valde, eo quod esset vir bonus, et plenus fide,  
et acceptabilis uniuersæ plebi, et castitatem seruans. Notbrimus  
igitur filius eius senior, duxit uxorem fideliã; similiter et filia tres  
cum timore Domini coniugio copulata sunt uiuente patre: Sabu-  
itque progenies illa magnam familiaritatem cum sancto Willi-  
brordo, nec non et cum sancto Bonifacio, qui post eum partibus  
illis doctor serenus intravit, quousque pro fide Christi martyrio co-  
vonatus spiritum reddidit Domino in pago Aestrace, in loco  
qui Cocetunga vocatur, sicut et de illo scripta testantur.

Aestragae forte  
nunc vulgo  
Aestrum.

#### De obitu Wrsingi.

Post obitum vero Wrsingi patris, Thiadbrimus iunior filius  
eius duxit uxorem nomine Liaburg, filiam cuiusdam Notbradi  
et Adelburga, quæ videlicet Adelburg prædixit suos duos germanos  
fratres sancto commendauit Episcopo Willibrordo, de quo superius  
diximus Domino nutriendos; quorum maior Willibrade, minor  
autem Thiadbrade vocabatur: qui etiam primi omnium gentis  
Fresonum clericatus acceperunt officium: Horum prior in leui-  
carum obiit gradum, iunior non peruenit ad gradum, sed ita in  
iuuentute de hac luce migrabat.

De nativitate.

6

De natiuitate <sup>#matris</sup> sancti Liudgeri,  
#Liaburqa.

Memorata Liaburq cum nata esset, habebat auam gentilem matrem videlicet patris sui abrenunciantem omnino fidei Catholica: quare non nominanda in furorem conuersa, eo quod pronomi- nata coniunx filius tantum genuisset, et filium uiuentem non haberet, misit lictores qui raperent eandem filiam tunc natam de sinu matris, et necarent priusquam lac suget matris, quia sic erat mos Paganorum, ut si filium aut filiam necare uoluissent, abq; cibo necarentur terreno. Lictores autem sicut illis erat imperatum raperunt eam, et portauit eam illam unum mancipium ad situlam aqua plenam, cupiens eam in aquam ipsam immergere ut vitam finiret. Sed uiro Omnipotentis dono actum est, ut puella qua necum superat uera matris, extensis brachiis suis, utaq; manu apprehendens uet marginem situlae renitens ne mergeretur. Hanc ergo fortitudinem tenuissima puella ex diuina credimus actam praedestinatione, eo quod ex ea duo Episcopi fuissent oriundi, sanctus uidelicet Liudgerus, et Hildigrimus caterorumq; Episcoporum genitricis futuri.

Quomodo Liaburqa de periculo  
mortis erepta sit.

In hac igitur colluctatione mirabili, iuxta misericordissimi Dei dispositionem, superuenit vicina mulier, et misericordia mota, eripuit puellam de manu praefati mancipij, circumuicta cum ea ad domum suam, et claudens post se ostium, peruenit ad cubiculum in quo erat mel, et misit ex melle illo in os iuuenulae, qua statim sorbuit illud. Venerunt interea praedicti carnifices, iussa dominae suae exple- turi: dominabatur enim illa furibunda in domo tota filij sui. Mulier autem qua infantem raperat, occurrens licitoribus, dixit mel comedisse puellam, et simul ostendit eis illam, adhuc labia sua lingentem; et propter hoc inlicitum erat iuxta morem gentilium necare

necare illam. Tunc lictores dimiserunt eam; et mulier quę illam rapu-  
erat occulte nutrivit illam, mittendo lac per cornu in os eius. Mater  
quoque occulte misit ad eam nutricem puella, afferentem quę neces-  
saria fuerant, quod ad usq; prefata ferop illa vitam finiret: tunc de-  
mum accepit mater filiam suam nutriendam; sed <sup>de</sup> his ista sufficiant.

#### De natiuitate sancti Liudgeri

Nunc etiam quia de sancto Liudgero loqui inchoauimus, libuit de  
eo iterum replicare sermonem. Cum venisset autem Thiadgrimus  
pater eius de quodam itinere; et mater eius pregnant esset, vicinag;  
partui, gestans in utero eundem futurum episcopum: audito quod vir  
eius veniret, immoderate gaudens properauit ad eum, et offenso  
pede corruit, intrauitq; palus per latus eius, et ablata est mortua,  
ita vt nullus putaret vel eam vita presentis restituendam, vel filium  
quem gestauit in utero. Sed miserante diuina clementia reuixit  
spiritus eius, et bene fuerat curata: in puero quoque post paucos  
dies edito, nulla lesionis apparuit macula. Baptisatus autem acce-  
pit vocabulum Liudgerus; qui statim vt ambulare et loqui poterat  
cepit colligere pelliculas et cortices arborum, quibus ad luminaria  
vti solemus, et quicquid tale inuenire poterat. Luudentibus pueris alijs  
ipse conficit sibi de illis collectionibus quasi libellos: cumq; inuenisset  
sibi liquorem cum fistulis, inuitabatq; scribentes, et afferbat nu-  
trici sue quasi vtilis libros custodiendos. Et cum ei quis diceret;  
quid fecisti hodie? dixit se per totum diem aut componere libros  
aut scribere, aut etiam legere. Cumq; iterum interrogaretur:  
quis te docuit? respondens ait Somnus me docuit: meditabatur  
autem in tenera etate, quod postea deuotus impleuit.

#### De industria sancti Liudgeri.

Post hac etiam auctus maiori gratia, rogauit parentes, vt se  
alicui viro Sei committerent erudiendum; at illi cum essent benigni  
glori:

glorificaverunt Sominum, videntes intentionem iuuenis; commen:  
daveruntq; eum viro venerabili Gregorio discipulo et successori  
sancti Bonifacii martyris, Somino nutriendum: Qui libenter eum  
suscepit, et conperta sagacitate pueri, studiose illum erudiebat.

Creuit itaq; Liudgerus proficiens in timore Domini, et deposito  
seculari habitu, in Trarcto monasterio totum se contulit ad studi-  
um artis spirituales. Erant autem in illa schola Gregorii, et alij  
condiscipuli nobiles et prudentes; e quibus alij Episcopi postea exsti-  
terant; alij in minoribus gradibus doctores Ecclesiarum. Apud quos  
idem Liudgerus in magna habebatur affectu, eo quod esset vir mi-  
ra mansuetudinis, vultu hilari, non tamen facilis in visu; et in  
omnibus actibus prudentiam cum temperantia amplectens: erat  
enim assiduus meditator scripturae divinae, et eius praecipue qua  
ad laudem Dei, et ad doctrinam pertinebat Catholicam: pro quibus  
et a venerabili magistro quasi filius amicus diligebatur.

De adventu Aluberti, et qualiter vna cum

Liudgero trans mare redijt.

Venit interea vir quidam venerabilis de terra Anglorum  
Alubert nomine ad Abbatem Gregorium cupiens Somino coope-  
rante plebi partis illius prodesse in doctrina; erant enim rudes  
in fide. Quem Abbas Gregorius libenter suscepit, et conperta quod  
esset vir bonus et doctus, iussit ut sibi coepiscopus fieret. Non enim  
fuerat idem Gregorius ad gradum Episcopalem ordinatus, sed pres-  
biterij perseveravit in gradu. Vir igitur prudens Alubertus ad Sac;  
ut seras inquit me eum licentia et consilio Episcopi mei huc trans-  
mare; mitte mecum fratres fideles ad terram de qua egressus sum  
ad Episcopum meum ut ab eo ordinetur ego et illi; tali etiam modo  
consensum praesto. Quod Abbas Gregorius libenter audiens, direxit  
eum

cum, et cum eo Liudgerum, aliumque fratrem fortioverem abate Sigiboldum nomine ad Episcopum de quo Alubertus dixerat. qui eundem Alubertum ordinavit Episcopum, Sigiboldum presbiterum, Liudgerum diaconem, et manserunt illic annis uno. Albuinus etiam illo in loco tunc magister erat; qui postea temporibus Caroli iunioris in Juvoniis, et in Francia, magistratum exercuit: cui statim vir prudens Liudgerus sedulo iungebatur, hauriendo ab eo spiritualia dogmata. Post anni vero curriculum revertentes qui missi erant Somino gubernante, pervenerunt ad Abbatem Gregorium, qui benigne eos suscepit, gaudius valde in adventum eorum; et mansit cum eo Alubertus collaborans in opere Somini.

Quomodo iterum sanctus Liudgerus  
transmarina petiit.

Liudgerus igitur cupiens saturare se prelibati dulcedine fani, petiit ab Abbate Gregorio licentiam redeundi ad magistrum Albuinum: quod ille moleste suscipiens, fieri remisit; noluit tamen contristari petentem, sed blandis sermonibus cepit compefcere eum: eumque se cerneret nullis objectionibus illum a sua intentione revocare posse; accersito patre illius, postulavit ut contaretur revocare eum a cuncto itinere. Sed studiosus lenita instanter in suo voto permansit. Tunc Gregorius et parentes eiusdem Liudgeri, quandoque precibus victi, direxerunt eum ad prefatum magistrum Eboracae civitatis Anglorum, praebentes quia illi opus erat in via. Quem magister Albuinus cum magno suscepit gaudio; susceptus itaque Liudgerus erat consueto more omnibus Ebarnis, eo quod esset ornatus moribus bonis, et studiis sanctis; et mansit ibi annis tribus et mensibus sex proficiens in doctrina studio. Cupiebat enim ibidem diutius in sancto manere studio, sed non fuerat concessa facultas; quia egredientibus civibus illis ad bellum contra

inimicos

inimicos suos; contigit ut per ripam interficeretur filius cuiusdam Co-  
mitis ipsius provincie à Fresone quodam negotiatore; et idcirco Freso-  
nes festinauerunt egredi de regione Anglorum, timentes iram propin-  
quorum interfecti iuuenis.

Quomodo sanctus Liudgerus  
ad patriam rediit.

Tunc Albuinus necessitate compulsus direxit Liudgerum cum  
præfatis negotiatoribus; misit etiam cum eo et diaconem suum no-  
mine Pūtal, timens ne amore discendi aliam regionis illius civitatem  
adiret, et pro vultione prædicti iuuenis aliquas pateretur insidias:  
dicebat enim potius se velle mori, quam ut filius suus dilectus illic quic-  
quid pateretur letatis mali. Seruus itaque Liudgerus prospero cursu per-  
uenit ad patriam suam bene instructus, habens secum copiam librorum,  
eratque patri Gregorio et cæteris tanto tunc dignior et acceptior, quanto  
fuit et in monasticis eruditionibus inferior. Diaconus vero qui vene-  
rat cum eo idcirco dispositionem Albuini magistri, auctus benedictioni-  
bus perrexit Romam iterum reversurus; qui etiam postea cum Albu-  
ino venit in Galliam in ordine presbyterij.

De adventu sancti Liufuini.

S. Leuinus.

Sum talia gerebantur, venit quidam presbyter sanctus et doctus  
nomine Liufuinus de terra Anglorum ad Abbatem Gregorium,  
dicens sibi à Domino terribiliter terrena admonitione fuisse præceptum,  
ut in confinio Francorum atque Saxonum secus fluvium Issla plebi  
in doctrina prodesse deberet; rogavitque ut ad locum istum se perducere  
iuberet, et ad fluvium sibi à Domino prænominatam. Tunc Gre-  
gorius eo quod locus ille ad parrochiam pertineret suam, benigne cum  
illuc dirigere studuit, agens gratias pastori summo, eo quod visita-  
ret plebem suam. Misit etiam cum eo et Marchelmum servum Dei  
de genere ortum Anglorum, et à sancto Episcopo Willibordo à pueritia  
sanctis

sanctis instructum moribus, ut cum praeponeret populo. susceptus  
ergo presbiter Liafuinus à matrona quadam Auerhilda nomine,  
à ceterisque fidelibus, seminabat documenta salutis, et vigabat prava  
mentium. Fecerunt autem ei oratorium in occidentali parte praefati  
fluminis in loco qui Huilga vocatur: post haec etiam edificaverunt  
ei Ecclesiam in litore orientali eiusdem fluminis, in loco cuius  
vocabulum est Saudentre. Cumque ad eam populus ob viri sancti  
doctrinam conflueret, Saxones qui eo tempore pagani fuscabantur  
ritibus in furorem conuersi, collecto exercitu effugerunt Christianos  
ab illis locis, et Ecclesiam combusserunt igni. Tunc vir Domini  
Liafuinus reversus ad Abbatem Gregorium, postulabat consolationem à Somino: sedato igitur tumultu, reversusque praeconibus  
in sua, vir Dei Liafuinus reaedificavit Ecclesiam, qua fuerat com-  
busta, et more solito non cessabat documenta salutis impendere gregi  
quoad usque pastori summo dilectam redderet animam, et defunctus in  
eadem est Ecclesia sepultus.

#### De obitu sancti Liafuini

Post obitum sancti Liafuini iterum impij Saxones vastaverunt locum  
illum, et succenderunt Ecclesiam, corpusque eius per tres dies quaesierunt,  
nec invenire potuerunt. Sed et Abbas Gregorius migravit ad Sominum,  
et suscepit curam pastoralem Albicis nepos eius, qui venerabilem Lindgerum cum magno diligebat affectu, atque cum ita allocutus  
est dicens. Nunc quia frater meus dilectissimus es, peto ut desiderium  
meum impleas; locus enim in quo sanctus Dei Liafuinus presbiter quem nosti,  
in opere Somini usque ad mortem persistendo laboravit, ubi sacrum eius  
corpus sepultura tegitur in solitudinem est redactus; quamobrem peto ut  
cum restaurare studeas, et super corpus sancti Ecclesiam

nunc vulgo  
Welp.

nunc vulgo  
Seuenter.

re edifices. Dei igitur famulus Liudgerus magisteri iussis obtemperans, quasi in loco praenominato corpus sancti, et non inuenit; sed tamen intra spatium loci quo putauit illud esse, cepit construere ecclesiam, cumq; posuisset bases, et parietes conaretur erigere, apparuit ei sacerdos Domini Liufuinus in somnis dicens. Frater dilectissime Liudgere bene fecisti restaurando Dei templum iam dudum deletum a gentilibus: sed et corpus meum quod quaesisti, inuenies sub australi quem erepisti pariete summatum. Liudgerus igitur mane Dei laudibus expletis, inuenit corpus sancti in loco sibi in visione praedicto; et collecta multitudine, fecit transfere bases eiusdem aedificij in partem australem, et ita intra ecclesiam collegit sepulchrum viri Dei. Perfecta est itaq; ipsa ecclesia et consecrata, qua nunquam deinceps a gentilibus fuerat contaminata: sed in loco illo per seruum suum Liufuinum Domini virtutes multas operatur usq; in hodiernum diem: ubi etiam nunc collegium est canonicorum Domino famulantium.

Quomodo sanctus Liudgerus in Friesia idola destruxit.

Post haec misit Albricus Liudgerum, et cum eo alios seruos Dei, ut destruerent fana deorum, et varias culturas idolorum in gente Friesorum. At illi iussa complentes, attulerunt thesaurum magnum ei, quem in delubris inuenierant. Ex quo Imperator Carolus duas partes accepit; tertiam vero partem praecipit Albricum ad usus recipere suos.

De ordinatione Albrici et sancti Liudgeri.

Albricus autem cum in Colonia ciuitate quadam accepisset Episcopalem, fecit Liudgerum secum presbiterum recipere quadam, et constituit eum doctorem ecclesia in pago Aestraebte in loco ubi

Vbi sanctus Bonifacius est coronatus martyrio. Diuisitq; idem  
Albericus annum in distributiones quatuor, ita ut in Græctomo:  
nasterio præ cæteris præpositis ipse in tempore vernali in doctrina  
studio, et scientia conuersatione præset fratribus menses tres: de-  
inde post eum in æstate Adalger presbyter menses tres in vice sua:  
post hunc Liudgerus presbyter menses tres in autumno: deinde in  
hyeme Thiadbrat presbyter menses tres.

Qualiter sancto Liudgero gubernacula  
plebium reuelata sunt.

Liudgerus igitur in ordine vicis sua, nocturnis temporibus post  
psalmodiam, et orationes speciales quas semper amauerat in sola:  
rio Ecclesia sancti Saluatoris, quam sanctus Willibrordus construxe-  
rat, membra quieti dare solebat, vbi ei nocte quadam venerabilis  
Abbas Gregorius per visionem apparuit, dicens. Frater Liudgere  
sequere me, quem dum sequeretur, ascendit ipse in locum eminen-  
tiorum, iactauitq; eorum eo particulatim quasi membrana et  
vestimentorum partes; et dixit: Collige ex eis acervos; cumq; con-  
gregasset ex eis tres tumulos; dixit: Distribue ista bene in opere  
Domini, et ego tibi satis dabo; et signauit eum signaculo crucis et  
abcessit. Cumq; mane facto somnium retulisset præposito monasterij  
Haddoni nomine, et Ecclesia custodi sanctitate prædico Marchelmo, cui-  
ius superius mentionem feci: confestim ad hoc Marchelmus, ea qua  
postea rei probauit euentus, exposuit est, dicens. Tres tumuli quos  
congregasti, trium sunt gubernacula plebium, quibus adhuc pastora-  
li te oportet præste regimine; at ille dixit: utinam in loco mihi  
credito aliquem Domino fructum perficiam.

Qualiter sanctus Liudgerus in Fregia  
doctisset.

Hic etiam

Hic etiam Liudgerus qualiter in gente Fresonum optatum euangelizandi exercebat officium, et semina verba, superna gratia vobis inrigante in agris multorum cordium, ad eius praedicationem vobis vine pulularent; testes sunt usque hodie populi regionis eiusdem, quos ad veritatis agnitionem a pristino reuocavit errore: testes quoque ecclesiae quas per loca singula construxit: testes et domino famulantium congregationes, quas aliquibus adunauit in locis: cui etiam testimonium perhibuit quidam Albuini discipulus, versibus Severicis talia mandans.

Versus Joseph ad sanctum Liudgerum.

Frater amore Dei cognato dulcior omni,  
 Et consanguineis merito preciosior ipsis,  
 Liudger amate mihi Christi te gratia saluet;  
 Vitae tuae gentis Fresonum clara columna  
 Presbyter Occiduis laudabilis orbis in oris.  
 Doctus in eloquio, prudens, et mente profundus;  
 Ipse gradum meritis ornas, et moribus alnis,  
 Et puer, ex senibus humili de corde ministras;  
 Et germanus agris cunctis aequalibus arto  
 Et qua pavens pueris vita documenta rependis.  
 In melius crescendo mei memor esto sacerdos,  
 In precibusque tuis commendes quaso Tonanti.  
 His breuibus vatem qui te laudauit in odis  
 Qui teretis baculi pro tali carmine donum  
 Munificus tribuas, fors hac mercedula vati  
 Concordat modico, felix sine fine valet

Versus Albuini de Ecclesia sancti  
 Liudgeri \_\_\_\_\_ Sancti Bonifacii videtur  
 Hic pater

Hic pater egregius meritis Bonifacius almis,  
Cum socijs pariter fundebat sanguinis vudam,  
Incluta martyrum sumentes stigmata sacri.  
Terra beata nimis sanctorum sanguine dives;  
Transuolat hinc victor miles ad premia caeli,  
Ultima celsitibus istis vestigia linquens.  
Sua deo quapropter curuato poplite supplex,  
Tu quicumque legis terris his oscula fige;  
Spes tibi magna fiat lacrymas ascendere caelum

forte Fulda legendum hinc potuisse tuas fulta patronibus istis.

Hic manet ille cruor cuncto preciosior auro,  
Membraq; caelesti rore sic perfusa quiescunt  
Adiuuat hinc Paulus, doctor Bonifacius inde,  
Haec illis quando constat simul aula dicata.

Qualiter Widukindus Fresones evertit à fide, et qualiter  
Sanctus Liudgerus Beneuentinam regionem  
adierat, vel quomodo redierat.

Cumq; viri Dei Liudgerus in eadem regione annis fere septem in  
doctrina studio persisteret; consurrexit radix sceleris Widukindus dux  
Saxonum eatenus gentiliū, evertit Fresones à via Dei, combussitq;  
Ecclesias, et expulit Dei famulos; et usq; ad Fluvium fluvium fecit Freso:  
nes Christi fidem relinquere, et immolare idolis, iuxta morem erro:  
ris pristini. Sed et Albricus Episcopus in ipsa peruersa commotione,  
de hac luce migravit. Tunc Liudgerus necessitate compulsus deseruit  
partes illas; et disposita turba discipulorum, duos ex eis secum assumens,  
Hildigimū scilicet germanum eius, et Gerbertum, qui cognomi:  
nabatur Casus, perrexit Romam, et inde progrediens, pervenit ad  
monaster:

monasterium sancti Benedicti, in regno Beneuentino, et illic in sanc-  
 ta conuersatione <sup>con</sup>sistens, didicit regulam eiusdem sancti patris Bene-  
 dicti: erat enim cupiens in hereditate sua ~~castrum~~ <sup>castrum</sup> construere mona-  
 chorum, quod ita postea Somino opitulante factum est in loco qui voca-  
 tur Werthina. Post duos igitur annos, et menses sex reuersus est ad  
 patriam suam, et peruenit eius fama ad aures gloriosi Regis Caroli,  
 qui constituit eum doctorem in gente Fresonam ab orientali parte  
 fluminis Labeki super pagos quinque, quorum haec sunt nomina Hingmer-  
 chi, Hunnigae, Finilga, Emisga, Fedritga, et vnare insulam qua ~~dic-~~  
 dicitur Bant. Ipse vero cura solerti, doctrina domini gregi sibi  
 credito studuit ministrare <sup>fluente</sup>, sana destrucere, et omnis erroris  
 pristini abluere sordes. Quomodo sanctus Liudgerus ad  
 Fostesland transfretauevit.

Curauit quoque ulterius doctrina diuinae flumina, et consilio  
 ab Imperatore accepto, transfretauevit in confinio Fresonum atq; Sa-  
 norum, ad quandam Insulam, qua a nomine Dei sui salii Foste,  
 Fostesland est appellata; cui cum nauigando appropinquasset, tenens <sup>hanc</sup> <sup>in</sup> <sup>manu</sup> <sup>sua</sup>  
 cruce[m], et ad Sominum preces cum laudibus fundens, <sup>Worsten</sup> <sup>valgo</sup>  
 viderunt qui in ea nauis erant caliginem tenebrosam, de eadem  
 Insula egredientem, qua re cedente, magna in ea persistit serenitas.  
 Tunc vir Dei ait. Videtis qualiter per misericordiam Dei effuga-  
 tus est inimicus, qui prius caligine praedocupauevat Insulam  
 hanc. Peruenientes autem ad eandem Insulam, destruxit eiusdem  
 Fostis fana, qua illic fuisse constructa, et pro eis Christi fabrica-  
 uit Ecclesiam; cumq; habitatores terra illius fide Christi imbue-  
 ret, baptizauit eos cum inuocatione sanctae Trinitatis in fonte  
 qui illic ebulliebat, in quo sanctus Willibordus prius homines  
 tres baptizauerat. A quo etiam fonte nemo illorum prius haerere  
 aquam

fide, et qualiter  
 regionem  
 nis fere  
 ris Willibord  
 a dei, com  
 inum fuit  
 inuota  
 esse commo  
 compulsi  
 es fiam  
 im qui  
 dicus, per  
 monaster

aquam nisi tacens præsumebat. Cuiusdam etiam Principis eorum  
filium Landriam nomine accepit à fonte, quem sacris litteris  
imbutum, ordinavit presbyterum, qui multis annis genti Fresonũ  
in doctrina præfuit studio. Tunc iterum operante maligno ab  
orientalibus Fresonibus non infidelitatis magna fuerat exorta,  
cuius mali Hanno et Eilrad fũere principes, et combũsta sunt Ecclesie  
seruigijs Dei repũlli; sed radiante sole iusticia, effũgata sunt tenebra  
grassantis erroris; ita ut post anni circũlũ sanctus Liudgerus  
cum suis prisca consuetudine fiducialiter plebi illi pabũla fidei ad-  
ministrare non desisteret, et Domino opitulante in ea quam tunc  
receperant perseverabant fide. *Quomodo in Saponia S. Liudgerus*

*Episcopatum accepit.*

Interea per dispositionem misericordis Dei Sappones conuersi sunt  
ad Dominum; et Rex Carolus eundem virum Dei Liudgerum pasto-  
rem in parte occidentali Saponum constituit: cuius parrochia se-  
des est principalis in pago Suderogoe in loco cuius vocabulum est Mi-  
migerneford, ubi Domino ipse Donatum construxit monasterium  
sub regula Canonica famulantium. Itaque more solito cum omni  
auditate et sollicitudine rudibus Saponum populis studebat in  
doctrina prodesse, erũtisq; idololatria spiritus, verbum Dei diligen-  
ter per loca singula serere, Ecclesias conservare, et per eas singu-  
los ordinare presbyteros, quos verbi Dei cooperatores venerabiles  
sibi esse nutritauerat. Cupiebat igitur in cepto Evangelizandi  
opere multis subuenire gentibus; sed tamen Pontificalem gradum  
humiliter declinare. Ad hoc suos frequenter petiit alumnos, ut aliquis  
ex eis pro eo episcopalem susciperet ordinem. Cui cum Hildibal-  
dus Archiepiscopus persũaderet, ut episcopus ordinari debuisset; illud

*Apostolicum*

*nunc vulgo  
Münster.*

*Coloniensis*

Apostolicum illi respondit dicens. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse: at ille, ut erat humilis, et viro Dei amicissimus, cum gentium dixit; hoc in se minime fuisse completum. Tandem consensu omnium superatus, et magis dispositione Dei coactus acquiescit, ne plurimorum consilio, imo Dei voluntati pertinaciter resistere, et inobediens esse videretur.

Qualiter sanctus Lindgerus

Episcopus sit ordinatus.

Accepto itaque sacro Ordine Pontificali, cum omni sagacitate et modestia quae saxonico sibi credito documenta salutis uberrime ministravit; quo ad usque Domino largiente ad perfectam illos perduceret fidem. Illis etiam quinque pagellis, quos in Frieslandia ad agnitionem veram et individua Trinitatis de gentilitate pervenerat, eo quod prius non haberent Episcopum, simili modo Pontificali praevit regimine. Sed et successores eius utaque loca pro una parochia postea semper habuerunt. Dedit quoque ei Rex Carolus in Regno Francorum in pago Brabantiae in loco qui Lotusa vocatur monasterium sancti Petri gubernandum, cum omnibus adiacentibus suis Ecclesiis et villulis. Tunc adimpletum est somnium, quod ei viri Dei Marchelmus prius fuerat interpretatus de collectione trium tumulorum, significantium trium gubernacula plebium. Quamvis praeparandum sit ministerium Evangelicae praedicationis, et multorum illuminatio cordium, operationibus miraculorum, ostensionibus signorum; ad honorem tamen largientis Domini, stylo alligant fecimus, quia ab eodem sancto viro facta recolimus.

Qualiter per signaculum Bernleium  
Dominus illuminaverit.

Cum Evangelizandi gratia in Frieslandia ad quandam villam nomine Heleuwyd venisset; matrona quaedam Meinsu nomine cepit illum in domum suam. Et ecce illo discumbente cum discipulis.

pūlis suis, oblatū est ei cecus nomine Bernlef, qui à vicinis suis  
valde diligebatur, eo quod esset affabilis, et antiquorum dētūs,  
Regūmq; certamina bene nouerat pfallendo promere. Sed per trien:  
niam continua cecitate ita depressus est, ut nullū sibi lūmen vel  
extrema visionis remaneret: quem dum vultū hilari esset intui:  
tus, interrogauit si penitentiam à se vellet accipere, acceptaq; ab eo  
huius rei sponsione, iussit ut die crastina veniret ad se: crastina  
vero die equitans, viro dei obuius factus cecus ille est; accepto  
ergo dei famulus per frenū eius caballo, duxit illum à turba seor:  
um, et confitenti peccata sua, penitentiam indixit: deinde signū  
sanctæ crucis oculis eius imposuit, tenens manū suā coram eo,  
interrogauit si aliquid videret; ipse vero cū magno gaudio dixit  
se manū illius posse videre. At ille, age inquit Omnipotenti deo  
gratias. Sermocinantibus quoque eis de fide Catholica, de varijsq;  
utilitatibus animæ, peruenērunt ad villam nomine Werfben; et  
interrogauit eū si ipsam potuisset agnoscere; ille vero statim pro:  
prio vocabulo nominauit eam, et arbores, et quæq; eius aedificia  
se bene posse conspiciere professus est. At autem illi, Omnipotenti  
deo age gratias, qui te illuminauit. Cūq; venissent ad villam  
Wyscungrō nomine, vbi oratoriū erat conseruatum, fecit eū  
secū orare, et gratias deo agere; constrinxitq; eū sacramento,  
ut ante diem obitus sui, nulli causam huiusmodi illuminatio:  
nis indicaret. Compleuit ille vitæ dei præcepta, et per dies aliquos  
cecitatem simulando ductū alieno utebatur: sed post obitū eius,  
qualiter fuerit illuminatus aperuit.

Quomodo idem Bernlef baptizauerit.

In secūda igitur expulsiōe seruorum dei à Fresia, de qua superi:  
us iam diximus, iussit sanctus vir Liudgerus eūdem Bernleum,  
eo quod diligebatur à multis, per singulorū domos discurrere, et  
serua:

persuasis matronis movituvos illorum baptizare infantulos, benedicta  
 simpliciter aqua in nomine Domini, intinctos cruce, superfusos cum  
 vocatione sancta Trinitatis. At ille impius eius libenter obediens,  
 baptizavit in ipsa perturbatione infantes xviii, qui omnes niger  
 ut fuerant baptizati defuncti sunt, exceptis duobus, quos beatus  
 Liudgerus redeunte pace, cum sancta Chrispmatis impositione confir-  
 mavit. Ipse vero Bernulf ubicumq; postea servum Dei reperisset, di-  
 dicit ab eo psalmos, et in ea quam acceperat illuminatione perman-  
 sit, quoad usq; senex et plenus dierum obiisset in pace. Quem cum mo-  
 rientem vxor sua flendo interrogaret; qualiter super eum vivere  
 potuisset? Respondit dicens: si ego a Domino aliquid impetrare potero,  
 post meum obitum non longo tempore in hoc seculo eris vidua.  
 Sumq; sana et incolumis hanc eius responsionem audisset, die autem  
 xv moriendo secuta est. Qualiter sancto Liudgero de Nordmannis  
 revelatum sit.

Alio quoque tempore dum esset beatus Liudgerus secus mare in lo-  
 co qui vocatur Werthina, ubi ipse sibi in Garedrate paterna con-  
 struxit ecclesiam, terribile vidit somnium; quod narrans Heriburga  
 sorori suae, dixit. Vidi per somnium quasi solem fugientem supra mare  
 a partibus aquilonis, et nubes teteratulas sequentes; qui fugiens ac  
 deficiens, pertransiit nos, ita ut elongatus a nobis, videri non posset;  
 et caligines, quae eum fuerant secuta obtinuerunt omnia loca hac  
 maritima: post multum vero temporis, reuersus est sol minor et  
 pallidior quam fuerat prius, effugavitq; caligines trans mare: et  
 hac dicens vberim faciem suam irrigavit lacrymis. Quem dum  
 soror eius flentem cerneret, fleuit et ipsa, dicens: quid sibi vult hoc  
 somnium? cui ille respondit. Ventura sunt a Nordmannis persecu-  
 tiones magna, et instantia bella, deuastationesq; immensa, ita

ut hæc delectabilia loca maritima, peccatis exigentibus pene inhabi-  
tabilia efficiantur. Deinde favente Domino reddita erit pars Ecclē-  
sia Dei, et severissima plaga, quæ regionibus his incubuerat, infra  
ipsos Nordmannos retorquetur. At illa cum gemitu dixit: o uti-  
nam dignetur Dominus me auferre de hoc seculo, priusquam mala  
hæc superveniant: cui ille; non ita erit, inquit, sed in diebus tuis  
hæc erunt; ego vero pestem illam in hoc corpore non videbo. Huius  
ergo vaticinii veritas, eiusdem sororis suæ, nostrisq; est probata  
temporibus; nam omnibus diebus, quibus idem Dei famulus in hoc  
seculo viveret pars fuit undiq; ita ut nullus putaret ullam his re-  
gionibus perturbationem à Nordmannis evenire posse. Sed post eius  
obitum à gente severissima Nordmannorum innumeraabilia pene  
annis singulis perpessi sumus mala; nam concemata sunt Ecclēsia,  
monasteria defuncta, deserta ab habitatoribus prædæ; in tantum  
ut peccatis facientibus, regiones maritimæ, quas prius multitudo  
tenebat hominum, pene sint in solitudinem redactæ. Sed solem iusti-  
cia, qui pro nostris peccatis elongatus abcessit, reversionem spera-  
mus, et iuxta præsagium viri Dei, pacem Ecclēsia Dei reddituram.

#### De signo in Billurbecki ostenso

Venit quoque sacerdos idem ad ecclēsiam sitam in loco sitam qui  
vocatur Billurbecki, et ecce mulier quoddam nobilis, quæ illicito con-  
ubio suo erat copulata marito, eius volens mitigare terrorem, mi-  
sit illi mel quasi pro benedictione. At ille tale munus suscipere  
despiciendo, renuit: quidam tamen iuvenes ex discipulis eius illud  
mel concupientes acceperunt, et in Ecclēsia retro altare occulte po-  
suerunt; cumq; vir Dei ad idem altare missam celebraturus ac-  
cederet, et os aperisset ad preces, confestim vas testium, in quo  
illud inobediencia mel habebatur, minutatim crepuit, et dispersum  
est

est mel, quod colligentes proiecerunt foras. Non cessavit autem mi-  
les Christi, quo minus illud illicitum destrueret coniugium; sed  
et virum ipsum, qui illud perpetrare ausus est, exterminavit a pa-  
tria. De miraculo piscis steurionis.

Dum igitur in Frieslandia docendi gratia ad Ecclesiam suam venisset,  
in loco qui dicitur Hleri iuxta fluvium Lade; petiit illius loci  
piscatores ut aliquem sibi steurionem comprahensum adferrent: at  
illi dixerunt longe esse prateritum tempus quo tales pisces comprahendi poterant; evant enim in proximo tempora Hyemis. Quibus ille tato vultu ait; Ite filij Facite quae dixi; potens est Dominus omni tempore servus suis desiderata prestare. Ipsi vero precibus viri Dei coacti coeperunt more solito rete per aquas trahere; et ecce subito elevatis oculis viderunt aenem magnam descendantem de caelo coram se: et dum intenti in illam oculorum aciem infingerent; dixit unus ad alterum. Vere similitudinem habet piscis; mirantibus itaque eis ac pavore perterritis, cecidit ipsa piscis effigies, sine avis coram eis in aquam, cumque ad ipsum locum pervenissent, intravit in illorum rete piscis mira magnitudinis, quem steurionem vocant, quem vir Dei desiderabat. At illi comprahensum eum, attulerunt eidem Dei famulo, narrantes miracula quae fuerant gesta. Quibus ille; Agamus, inquit, Omnipotenti Deo gratias qui dat escam omni carni. Commonuit etiam eos, ne hoc idem pro cuiusquam sanctitate, vel meritis actum, praesumerent narrare.

Qualiter sanctus Liudgerus vitam magistrorum suorum descripsit, et quales mores habuit.

Erat sanctus Liudgerus in scripturis sacris non mediocriter eruditus; sicut in libro ab eo composito de vita venerabilium eius doctorum Gregorii scilicet, et Alvinci aperte probatur. Sed et primordia Sancti

Sancti Bonifacii, aduentus atq; ordinationis, quæ fuerant in alio opuscu-  
lo prætermissa, pulchro sermone ipse conscripsit. Discipulis etiam suis tra-  
mane diebus singulis tradere lectiones per se non neglexit: et quicquid  
in sacris codicibus faciendum inuenit, illud instantissime studuit ob-  
seruare et docere. Cauebat ergo, ne sibi aliquando nomen faceret in-  
ane; et idcirco secundum Apostolum omnia mensurate facere concupuit.

Secerat sic linea quinque, quæ evasa videbantur.  
Satiatum illum cibo vel potu discipulorum eius nemo unquam vidit.  
Sed cum ad se more solito pauperes ac diuites transiuros inuitasset,  
dulcia vita aeterna inter epulas documenta, illorum cordibus infun-  
dere non cessauit; ita ut plus spiritalibus, quam carnalibus delitijs  
satiati remanerent. Erat itaq; pater egenorum, et despector sui;  
et secundum Apostolum sic se omnibus coaptare curauit, ut omnibus  
prodesse potuisset. Fuit autem cupidus auxilij gratia docendi Nord-  
mannos adire: sed Rex Carolus ad hoc militatens consensum præbuit.

#### De obitu sancti Liudgeri.

Cumq; Omnipotens Deus præuenire iam mercedem græ eius stu-  
dijs reddere decreuisset; ante obitum suum aliquanto tempore corpo-  
ris molestia depreßus est. In infirmitate tamen positus, consueto more  
sanctis semper actibus intentissime mentem occupauit, aut in lectio-  
nibus sacris audiendo, aut in psalmis canendo; vel etiam in alijs qui-  
busdam spiritualibus rebus agendo; ne unquam à superna contempla-  
tione <sup>dis</sup> soluta recesseret. Et pene diebus singulis missarum sacramenta,  
quamuis egrotus corpore indefatigatus tamen animo celebrauit.  
Ipso vero die Dominico, <sup>cum in</sup> subsecuta nocte de hoc esset mundo iturus ad  
Dominum, quasi valefactens creditis sibi oribus in duabus suis eule:  
suis

fuis publice predicavit; mane scilicet in loco qui dicitur Coassfeld canen:  
 te presbytero missam: et circa horam tertiam in loco nuncupato Bil:  
 lurbeki, ubi ipse infirmatus corpore, ut supra retulimus, sed fervore cha:  
 ritatis validus, devote missarum ultima celebravit solemnia; ubi etiam  
 ipsa subsequenti nocte assistentibus discipulis, dilectam Deo reddidit animam.  
 In ipsa igitur epitus sui hora, clementia sua Dominus dignatus est osten:  
 dere signum. Nam Gerfridus presbyter nepos eius et successor, cum nocte  
 eadem una cum fratribus gratia visitandi ad illum festinus properasset,  
 et paululum adhuc itineris remaneret, viderunt ante se lumen magnum,  
 quasi ignem in sublimem conscendere, ac cunctas terra noctis effugasse  
 tenebras; et statim per hoc indicium intelligentes sancti et venerabi:  
 lis patris obitum, quod reliquum erat via cum magna velocitate per:  
 egerunt, iamque eum defunctum invenerunt; et subtiliter requiren:  
 tes, agnoscerunt, quod eodem momento veri luminis assiduus specula:  
 tor et amator migravit ad Dominum, quo eis fuit per lumen osten:  
 sum

De sepultura sancti Lindgeri.

Igitur discipuli non immemores, qualiter idem Somini sacerdos  
 disposuerat adhuc vivus, ut in loco nuncupato Werthina, ubi in ha:  
 reditate propria ob habitaculum monachorum in honorem sancti  
 Salvatoris, et sanctae Dei genitricis, sanctique Apostolorum principis  
 Petri, ipse construxit Ecclesiam, eius sepeliretur corpus. Sed cum ad  
 hoc agendum populus, illius sancta recolens merita vehementer re:  
 sisteret, invito consilio ad monasterium ab eo compositum vocabulo  
 Mimiernoford, de quo iam diximus, perdiderunt illud; atque in Ec:  
 clesia sancta Mariae inburnatum reliquerunt: donec venera:  
 bilis Episcopus Cadalonenfis Ecclesia Hildigrinus nomine, germanus  
 eiusdem viri Dei, atque ab eo eruditus, ageret cum glorioso Rege  
 Carolo, ut eius imperio, imo Dei consilio in loco ubi vivus ipse  
 decrederat.

Mortuus est sanctus  
Lindgerus Anno Dñi  
809. 7. Kal. April.

decreverat, sanctum illius conderetur corpus, extra ecclesiam, a parte orienta-  
li ut iusserat ipse. Non enim erat unquam consentiens, ut in ecclesia  
sua consecrata, sepeliretur corpus humanum. Defunctus est itaq; anno  
Dominica in carnationis octingentesimo nono, septima kalendas Aprilis;  
et tricesimo secundo die sancti obitus sui, hoc est sexta kalendas Maij,  
mirifice flagrans in loco prefato sepultus est.

De signis quae post eius obitum Dominus per  
eum ostenderit.

Divina igitur donante clementia ut vivus ante desideravit profuisse  
cunctis, sic etiam post illius obitum sancta eius merita suffragari non  
cessant quibusdam longe manentibus, quibusdam etiam ad eius sepulchrum  
meantibus: alijs vero illic manentibus, vel inde domum redeuntibus;  
ex quibus ea quae ad memoriam veniunt intinamus.

De Jrmingero sanato.

Fuit quidam in pago Nordgo Jrmingerus nomine, qui eidem sancto  
Lindgero prius in iuventute serviebat; cui contigit ut lumen oculi:  
lorum amitteret; et tredecim annis continujs in eacitate permansit.  
Cui nocte quadam sanctus vir per visionem apparuit, et eum pro:  
prio nomine vocavit, dicens. Jrminger vigilas; qui cum vigilare se  
diceret; tetigit faciem eius et dixit. Si tibi reliqua hoc in loco color  
dissimilis apparuerit, dic Sindoni Domino tuo, ut te faciat venire  
ad ecclesiam, quam in Wertbina Domino fabricavi, ubi etiam corpus  
meum sepultura tegitur; et ibi Domino largiente pristinum oculorum  
lumen recipies. Qui cum taliter fuisset admonitus, narrauit Domino  
suo, quale a sancto viro mandatum acceperat; et simul quod faciei  
eius imposuerat signum ostendit, quod erat iuxta verbum viri Dei  
dissimile cuti reliqua omnibus diebus vita sua. Tunc Dominus eius,  
vna cum coniuge sua ad eundem locum gratulabundus pergens, secum  
ipsum Jrmingerum adduxit. Contigit etiam et Gerfridum Episcopum,  
Sancti

sancti Liudgeri nepotem, et successorem, una cum fratribus et monachis cum venissent ibi; quibus cum gesta narrarent, fecerunt eundem grmingerum in praefata Ecclesia ea nocte manere, in qua cum orasset, et vigilasset, continuo per Dei gratiam pristinum oculorum lumen ipsa nocte secundum verba viri Dei plene suscepit.

De paralytica sanata.

In eadem ergo nocte circa gallos cantum, ante sepulchrum viri Dei paralytica quaedam repente sanitati corporis restituta est, abique incolomis, magnificans Dominum, qui per servum suum tam subito eam curare dignatus est.

De sigiburga sanata.

In pago suderoge matrona quaedam nomine sigiburg colonum habuit licimoldum vocabulo, cuius vix longa egrotudine depressa iacebat, ac pene corporalem desperata salutem. Cum igitur nocte quaedam inter egria suspiria paululum membra defessa laberentur in somnum; vidit per somnum quendam affantem et dicentem sibi. Loquere cum Liudgero Episcopo; at illa ut postea narrare solebat nec graviter dormiens, nec perfecte vigilans, vidit illum statim ad orientem conuersum, cumque eum alloqui non praesumeret; ille verso vultu ad eam, inquit. Probaui patientiam tuam, patientiam habeto, et Dominus curabit te. Completa ergo visione tantum vigorem accepit eius corpus, ut pene ab ea tolleretur memoria prioris molestia; et facto mane laeta surrexit narrans ordinem suae restorationis; vir autem eius et filii, cum familia gaudentes benedixerunt Dominum. At illa deinceps sancti viri Liudgeri consueverat cum gratiarum actione visitare sepulchrum, cui etiam post hoc reuelatum est, quod sacro non esset abluta baptisate, et eiusdem reuelatione comperita, sancti baptisui suscepit gratiam.

De filia Beratrivi sanata

Alius quidam Beratrivus nomine in eodem pago, Colonis Igonis nostri presbyteri, et alumni sancti Liudgeri, filiam habuit adolescentulam paralyti doloribus destitutam; qui cum famam sancti Dei audisset, spe sanitatis

sanitatis puella accensus, assumpto itinere, ad sacrum illius sepulchrum de-  
ducere eam festinauit. Quibus illuc pergentibus, dixit illa fratri suo, qui  
eam coram se equitando in saeco ferebat, nullum se in corpore sensisse dolo-  
rem; deinde subiungit, deponite me, et finite abire; quod cum fecissent, ste-  
tit illa sanata omni corpore, et ambulabat; et exiens cucurrerit gande-  
batq; vehementer inambulando. Illi vero hac videntes, glorificauerunt domi-  
num; peruenienteq; ad locum praefatum, narrauerunt Dei miracula quae  
gesta erant in via: et simul ostendentes eam nullam lisionis habentem  
maculam, complataq; oratione, ac gratiarum actione, cum gaudio redi-  
erunt domum. De Hildivado sanato.

Cuidam nostro diacono et monacho nomine Hildivado accidit, dum  
adhuc in eodem monasterio viri Dei scholasticus esset, ut in longa a-  
quitudine contractis nervis, popliteq; curvato, cuius tibia iungeretur  
seniori, et post longam fatigationem sanato corpore reliquo, ipsi tibia  
ut fuerat curvata permansit: utebatur enim pro ea in ambulando  
sustentatione baculi per dies plurimos. Cumq; pater eius Sigibertus nomine  
tam tunc monachus, tractare cepisset si aliqua medicorum curatione  
contractio nervorum eius poplitis relaxari quivisset. Et sacerdos do-  
mini Lindgerus eidem scholastico in veste sacerdotali, eisdem in capite  
gestans per visionem apparuit, dicens. Vide ne pro eo quod patris car-  
nalem alicubi medicinam quareve praesumas; quia si hoc feceris nullam  
ipsius medicaminis curationem accipies: et simul pro lenitate, ac puerili  
mobilitate vehementer increpavit eum, et abiecit. Mane autem facto  
narrauit quae viderat, et cum die eodem peractis vespertinis laudibus  
dominum infirmorum, in qua ei priore nocte visus sanctus per visionem  
apparuit, intrasset, cernentibus fratribus, qui illic aderant, ex templo  
ad terram corruit, et erecta est eius tibia sine dolore; audiebaturq;  
sonitus nervorum in poplite, ac si illic sarmenta sicca frangerentur,  
et

et surrexit continuo sanus, nihil sentiens debilitatis pristina, sed epulans una cum fratribus, referebat Deo laudes. Ipse vero deinceps iuxta preceptum viri Dei, vitam suam cautius corrigere studuit.

De Modfuit illuminata.

Puella quaedam nomine Modfuit lumen auferat oculorum; et sic sine lumine duosdenos menses permanerat, ut nec vel extrema frui valeret visionis copia. Pater vero et mater, audientes famam sancti viri Lindgeri, quanta per eum faceret Dominus ad consolationem infirmantium, peracto itinere, perdixerunt eam ad supradictam Ecclesiam in qua accepta licentia una cum caeca filia ante sepulchrum egregii Confessoris in oratione transgere noctem. Mane autem facto, dixit puella se iam proprias manus videre posse, et sic laudante Domino, lumen paulatim crescere cepit, ut antequam dolum redisset, clare potuisset videre: atque in ea (domum quod omnino caret figmento) tota permansit aetate.

De mancipio Gbiadulphi sanato.

Alia quoque puella a demonio multo iniuncta, perducta est ad memoratam Ecclesiam; quam mox ut ingressa fuisset, statim ab ea spiritus immundus abiecit, et locuta est qua fuerat muta; interrogavitque matrem suam quomodo illuc adveniret, et dixit se famem pati. Cui cum mater miserabilem vexationem suam retulisset, profstravit se ante sepulchrum athleta Dei, gratis agens Domino salvatori, qui per servum suum de tam crudeli eam contaminatione liberare dignatus est; acceptaque penitentia pro actis suis, abiit incolumis.

De Heliduino sanato.

Contigit igitur iuvenem quendam Heliduinum nomine paralyticis incurvere, et diebus multis destituto omnium membrorum officio, lecto incumbere: cuius tibia sinistra contracta adhaesit femori

femori, et brachium dextrum similiter incurvatum obliquit: Cetera  
vero membra ut diximus sibi inutilia remanebant: sed et cum  
emissione miserabilis soni indicis doloris foras effervit solebat. Cumq[ue]  
diu hac pateretur, die quadam sororem suam, qua pro ceteris eius  
compatiebatur dolori, affatus est dicens. Audiunt de sancto Lindgero,  
quomodo per illum Dominus infirmantibus sanitates prestare digna-  
tus est, in loco ubi sancta illius membra tumulata quiescunt; fac  
etiam me foras effervit, et contra viam qua ducit illuc poni, ut vo-  
veam me illi servitutum, si eius meritis Dominus sanitatem mihi  
donare fuerit dignatus. Quod cum factum esset, statim in ipsa  
nocte prestante divina clementia quiescit dolor eius; et restituta  
sunt ei omnia corporis officia, prater unam tibiam, qua ita perman-  
sit ut erat contracta. Peracta igitur gratiarum actione, rogavit  
Dominum suum, ut ad memoratum sepulchrum perducere iuberet:  
dissimulante autem illo, is quem necessitas arquerat, baculo regen-  
te debile latus corporis, pervenit ad sepulchrum pronomiatum.  
Peractis ergo ibi noctibus quinque, supervenit solennitas eiusdem  
sancti Lindgeri, cumq[ue] in ea porticu, qua est ante basilica ianuam  
intra quam sancti sacerdotis sepulchrum susceptum est, ipsa nocte  
membra sopori dedisset, ei pro visum idem Dei Confessor, comitatus  
magno lumine, atq[ue] clericorum obsequio apparuit, tetigitq[ue] membra  
illius, et abcessit eo in sopore relicto. Qui dum signa ad nocturnas  
vigilias extergere audisset, surrexit sanus, et oblitus baculi,  
priorisq[ue] debilitatis, intravit cum alijs in templum latus et incolumnis.  
Oratione autem expleta ad cor rediens recensuit universa, qua circa  
se fuerant gesta; et peracta celebratione operis divini, regressus est  
baculumq[ue] suum in ingressu eiusdem basilica, in loco ubi fuerat  
sanatus.

Sanatus infirmitate pro signo Dominica curationis. Nec immemor tamen prioris suae sponsonis pretio redemit se à temporali Domino suo, et votum servitutis implevit divinae. De muliere in hora Evangelica

lectionis illuminata.

Quaedam autem femina ad eandem Ecclesiam de Saxonia caeca perducta est, cumq; coram sepulchro Dei famuli, miserarum solennia agerentur, in hora Evangelica lectionis repente lumen accepit, et peracta gratiarum actione incolumis ad sua rediit.

De oculo sanato.

Quidam iuuenis in Friesia nomine Osbratt à demonio multo vexatus per singulas Ecclesias à patre suo deductus est ut curari potuisset, sed eum in nulla earum sanitatem recipere, tandem pater eius calidus inspiratus peracto longo itinere, perduxit eum ad memoratam Ecclesiam, et accepta licentia à custoditis, ante sepulchrum sacerdotis Christi Lindgeri nocturno tempore in oratione persistens, habebat secum eundem filium sensu et voce carentem: cui per misericordiam Dei statim illic demone expulso integra sanitas fuerat concessa, loquela et sensus.

De paralytica sanata.

Sed et vicina eiusdem Osbratt, quae erat paralytica, ad eandem Ecclesiam perducta est, et accepta continuo plena restauratione corporis, proprijs gressibus remeavit ad patriam, gratias agens salvanti Domino, qui per servum suum eius corpus, cunctorum membrorum officio destitutum, tam velociter restaurare dignatus est.

De caeco sanato nomine Gerbaldo.

igitur in pago Borabera, colitur quidam Folebald nomine filium habuit caecum vocabulo Gerbaldum; qui dum per multa sacra loca deductus, nullam medelam suscipere, pio Domino instigante, demum sancti Lindgeri fama ad memoriam venit; et continuo parentes

spe

spe gaudentes, duxerunt eum foras, et statuerunt contra viam quae ducit ad Ecclesiam, in qua idem Dominus sacerdos corpore passat; deinde: videntes se illum ad idem sacrum sepulchrum cum oblationibus adducturos. Hac itaque sponione facta, ingressi sunt domum, et ecce subito puer ille terpsit oculum dextrum, et aperto eo statim videre potuit; terpsit alterum, et similiter eo reposito, accepit visum, exclamansque cum gaudio, dixit se clare posse videre. Quo agnito, parentes cum familia immenso repleti sunt gaudio, et benedixerunt Dominum, qui per servum suum tam subito sanitatem puero suo prestare dignatus est. Sed et promissa complentes, ad memoratam Ecclesiam perduxerunt eum, et cum voto gratulationis designaverunt illum nulla vestigia lisionis habentem in oculis.

De surdo sanato. De paralytica sanata.

Adferbatur autem quaedam, quam longa aegritudo, continuo: usque dolor paralyticam fecerant, quae etiam brachijs assidue caput consueverat confringere, cui maxime incubuerat dolor, ita ut de cerebro sonus, quasi sibilus potuisset audiri; cumque in crigta novia necdum peracta ad pedes sacri sepulchri Lindgeri Dominum rogata deponeretur, mira omnipotentis Dei gratia surrexit continuo curata omni pristina debilitate corporis, et benedicens Dominum abire incolumis.

De surdo sanato.

Contigit eundem vero de Saxonia, de loco qui dicitur Werina, ut per tentationem fieret surdus, ita ut nullum omnino sonum auribus caperet. Qui cum diu funditus officio caveret aurium, tandem spe recuperationis ductus, pervenit ad sepulchrum Dei famuli Lindgeri; cumque signa ad nocturnas vigilas sonarent, subito aperta sunt aures eius, et exultans dixit se aperte sonum clocearum audire posse, monachosque psallentes: et ita continuo percepta restauratione auditus rediit domum, magnificans Dominum. De lumine

De lumine caelitus emisso, et de sonitu signorum.

Aliquando etiam ipsam Ecclesiam intra quam sepulchrum eiusdem Dei famuli receptum est, nocturno tempore columna lucis obtinendo protexit, et ad caelum usque porrecta, foris exstantibus conspicua stabat. Sed et cloccarum illic sonitus frequenter audiebatur humana non tangente manu, sed agente potius cognitione Dei: tatis arcana.

De Eilunoldo illuminato.

Cecus igitur quidam nomine Eilunold de loco qui vocatur Amalob ad sepulchrum Dei famuli Liudgeri perductus est; ubi dum prostratus oraret, repente a Domino plene lumen accepit.

De Ricberto illuminato.

Alius quidam cecus nomine Ricbertus, ad idem sanctum sepulchrum adductus est; sed celeriter illic Domino miserante illuminatus est, et continuo gratias agens stans ad propria rediit.

De ostensione Adelunardi monachi.

Monachus noster nomine Adelunardus, adfirmare solet rem qua eo tempore gesta est, quo custodia eiusdem Ecclesiae sancti Liudgeri ei credita erat. Narrat etiam quod quodam die vesperescente, cum ad eandem Ecclesiam lumen quod illic semper ardere solet restauraturus accederet, iuxta ipsius Ecclesiae angulum, ubi interius lectulus eius positus erat, antiquum hostem stantem aspexit, cuius visio nigerrima ac teterrima fuit. Quo viso praefatus monachus signum sanctae crucis sibi imposuit; et ut asserit imperterritus contra eundem demonem aspiciens diu stetit. Cum autem tantam fiduciam eiusdem monachi diabolus cerneret, talem ac tantum sonum excitavit, ut et paries Ecclesiae, et lectulus eius qui interius collocatus fuerat, minutatim confringi viderentur: quo facto.

falso idem monachus subito clamauit, dicens. Sancte Liudgero  
adiuuua, cumq; nomen viri dei inuocando nominasset, annuente  
domino idem diabolus repente constrictus, et in partem occidenta-  
lem abstractus est; atq; cum qua violentia traheretur, garriendo,  
et miserabiles voces edendo monstrauit. Monachus vero ille lumen  
quod illic paulo ante reliquit inuenit, et lectum suum et omne illud  
aedificium sanum consistere vidit; et adhuc vocem praefati demo-  
nis in parte occidentali garrientis audiuit.

#### De muliere paralytica sanata.

Mulier quaedam de Halkuarijs cum multo tempore membrorum  
officio destituta, miserabiliumq; vocum suspuria emittens lecto in-  
cumberet, quandoq; ad memoratum sepulchrum viri dei Liudgeri  
cum magno labore allata est: vbi cum domino fauente celeriter  
pristinam sanitatem membrorum perciperet, gratulabunda et ex-  
ultans, dominumq; laudans proprijs gressibus ad sua reuersus est.

#### De absolute Adam.

Jailus instigante maligno contigit vt quidam iuuenis nomine  
Adam Hancum fratrem suum per vim interficeret, et pro hac  
causa iudicante Jona Episcopo flagellatus, atq; in carcerem tra-  
sus est, in quo etiam anno vno iacuit; deinde circumdatis bra-  
chijs fortiter ferro, et corpore medio, indicto fortissimo ieiunio,  
discalceatus, et sine lineo indumento in exilium missus est. Quarto  
vero epily sui anno ante sepulchrum sanctae Gertrudis ferrum de  
sinistro brachio eius cecidit: deinde post anni curviculum Roma in  
ipsa cripta sancti Petri ferrum quo praecinctus erat nibilonius  
cecidit: Cum autem iterum Romam peteret, contigit vt infirmi-  
tate valida illic deprimeretur, cumq; in ipsa aegritudine vita  
eius desperata fuisset, quidam in specie sacerdotali per visionem  
dei appa:

ei apparuit dicens. Surge vade atque sepulchrum sancti Liudgeri  
 quondam Episcopi Saxonum Fresonumque perquire. Atque illic Domino  
 miserante pro meritis suis sanitatem recipies. Quia visione comple-  
 ta confestim de infirmitate qua deprimebatur absolutus est; adhuc  
 tamen ferrum brachium eius dextrum ut pridem, fortiter strinxit,  
 et ita consumpto carne nervisque; ipsum etiam os eodem ferro  
 tam valde praecinctum est, ut omnes eiusdem dextrae digiti, praeter  
 pollicem et indicem rigidi ac debiles remanerent: erat enim memora-  
 tus miser, iuuenis, et ideo ad augmentum doloris sui carnes ei et ossa  
 in tempore vinculorum suorum evenerunt. Cumque mane somnium  
 vetulisset, ibidem statim multi, qui eundem sanctum Liudgerum in  
 corpore viderant, et sancta eius studia bene noverant Romae inveni-  
 sunt, qui cum viam illuc eundi, atque locum venerandi sepulchri ipsi  
 iuueni intimassent; peracto longo itinere ad memoratum sepulchrum  
 sancti Liudgeri pervenit. Stante autem illo, nocte Dominica prope  
 idem sacrum sepulchrum, eo tempore quo monachi illic matutinas lau-  
 des Domino celebrant; ferrum quod dextrum brachium cinxerat, re-  
 pente dissiliens, longius Domini virtute projectum est.

Qualiter mulier de Budica sanata sit.

In ripuarijs iuxta ingressum sylvae Hainaviti, villa nomine  
 Budica constituta est, in qua mulier quaedam debilis habitabat,  
 cuius brachium dextrum infirmitate agente inflexibile fuit: manu  
 vero curvata persistente, vagues palma illius fortiter imprimebantur.  
 Quia cum diu haec pateretur, memorati viri Dei fama ad mentem  
 eius pervenit, cumque spe sanitatis sua ducta ad sepulchrum eius pro-  
 perasset, priusquam illuc properasset pervenisset, in ipso itinere plenam  
 corporis sanitatem ei Dominus pro sancti viri meritis repente tribuit.  
 Quia tamen peracto itinere ad idem sepulchrum cum oblationibus sana  
 exultans ac Dominum Salvatorem laudans pervenit; et ita indoluit  
 ad sua redit.

De War:

### De Warmundo sanato.

Cobbonis venerabilis Comitis colonus quidam in Saponia adolescen-  
tem filium Warmundum nomine habuit, quem malignus spiritus inua-  
sit, et tam vehementer vexare cepit, ut ad desperationem vita eius  
perducta esset: cuius mater, Sac Domina sua, uxori scilicet Cobbonis,  
solicite per nuntium indicare studuit; illa vero confestim mandavit  
ei dicens. Si adhuc filius tuus vivit, fac eum celeriter efferrī, et sta-  
tue eum contra viam, qua ducit ad Ecclesiam ubi sanctus Liudgerus  
sepultus est; atque ad sacrum sepulchrum eius te eum adducturum promitte  
Domino fauente; et credo quod pro eiusdem famuli <sup>dei</sup> meritis a Domino  
sanandus sit. Cum ergo mater pro eodem tenuissimo puero iuxta praecep-  
tum Dominae sua, vota perage-ret; continuus in eodem loco, et in eodem  
momento demone expulso, plenam sanitatem accepit: deinde secundum  
sponsionis votum ad memoratum viri Dei Liudgeri sepulchrum sanus  
a matre perductus est, sanusque rediit, atque in eadem quam acceperat sani-  
tate Domino largiente permansit.

### De Brenfrido sanato.

Verum sanctus Liudgerus quamvis cuncta huiusmodi opera occultare  
vellet, non tamen Domino Sac reuelante usque quaeque effecit. Villa est  
in Saponia in pago Sudergo Alna nuncupatur, ad hanc dum parochias  
suas circueiens veniret, die quadam sedente eo ad mensam, audiebatur  
pauper clamare foris anxie obsecrans, ut Episcopus caecum hominem res-  
picere dignaretur; festinavit Diaconus cuius id erat officij, putans unum  
esse de pauperibus qui stipem petierit, sumentem panem et cibum parcepit  
illi, veniit ille accipere; aliud sibi esse dicens magis necessarium; deferre-  
batur potus, ille nec hoc se velle respondit, nec propter stipem petendam  
venisse, sed ut ante Episcopum introduceretur, ut caeco homini subveniret.  
At Diaconus non intellecto quod postulauerat, dimisso illo in domum re-  
gressus est: porro ille cum foris relictus iterato diu clamore vociferaretur,  
tandem circumspiciens S. Liudgerus: quare, inquit ad Diaconum tam  
diu

diu vis dissimulare quod audis: qui respondit, detuli ei cibum potumque, sed ille nihil horum curat; nummulum autem da illi, quod cum fecisset, et hoc nihilominus sperneret, iussit eum ad se introduci; dum introductus esset, ait ei. Quid frater habes, quid est quod expetis? ille respondit; fac ut videam: obsecro te per amorem dei videas, inquit Liudgerus: et mirum in modum cum hoc non imperando dixerit, sed tantum miratus petitionem, similia verba responderit, statim ille vidit, iussusque accedere ad mensam, latior comedit et bibit, abique in viam suam.

De dimembrato sanato.

Ferebant autem veracissima viri de discipulis eius, quod quoddam tempore dum ad Comitatum pergens per provinciales, qui Hassi dicuntur iter ageret; per orationes eius homo mortuus revixit; qui scilicet propter furtum caballorum Widukindi Saxonum Ducis huic morti adiudicatus sit, ut in campo ad stipitem ligatus, iactatus in eum sudibus acutis, et lapidibus necaretur. Quod dum factum esset, corpus exanime in campo relictum sit: venit autem Liudgerus tecum locum, et conperto quod Christianus fuerit, mittens ad Widukindum, impetrauit ad humandum corpus: deinde discepta totius corporis membra gallis colligi iussit, et inferri in tentorium suum, donec humando corpori sepulchrum pararetur. Dum ad hoc ventum esset ut elatum de tentorio in fossam poneretur iuxta stante Episcopo: efferte cum ait e tumulto, namque illi spiritus inest. Qui dum elevatus esset, respirare cepit, et iterum illatus in tentorium, oblato potu refocilabatur; ligarique iussit Antistes vulnera eius, et in tempore parvo convaluit. Stat adhuc in eo loco lapidea erup in monumentum miraculi huius ab incolis erecta, et ex nomine eiusdem viri, qui Buddo vocatus est, campus ille usque hodie nominatur Buddonfeld.

De suspensio liberato.

Oppidum est

Oppidum est in Saponia notum plurimis Meppa nominatum, in cuius vicinia dum Antistes sanctus Fregiam pergens deveniret; asperit non longe à via vulgi consilium die Dominica congregatum: dixerit illuc, Volens cognoscere quæ causa huiusmodi conventiculi existeret tali die, viditque in colle quem circumvallaverant vico eundem suspensum præparari; accedens propius, affatus est eos blandè, postulans sibi concedi hominem; aut si necesse esset eum interfici, hoc eo die non facerent, magis ipsi ad Ecclesiam missas audire convenirent: Cumque nihil horum à rusticis impetrare posset, contumeliosè insuper verbis clerico insultantibus; etenim ad quam parochiam locus ille pertinebat, vix obtinere potuit, ut parvum per eum hominem super eius penitentia se permitterent loqui: factum est hoc, discessit Antistes, et homo in patibulum est suspensus; at vespere illius diei, cum Episcopus sex itineris ab eo loco miliaria peregisset; manens in villa qua vocatur Aschonthorp: en veniens homo ille, quem paulo ante suspendevant, ad pedes Episcopi corruit: Mirantibus adstantibus, quomodo de eo gereretur, rem taliter pandit. Dum ergo, inquit, Episcopo inde discesso sursum in patibulum traberem, videbam duos incredibilis ætatis viros à latere Episcopi equitantes aliquandiu cum eo pariter loqui: dehinc post paululum alter festine rediens, nescio quid mihi pendenti suppositum super quod firmiter stans, cruciatum non sentiebam, donec dispersis his qui me suspendebant, et ad occasum vergente sole, me ipse deponeret; depositum insitit ocius iter vestrum sequi, et pro concessa vita sacro Antistiti gratias agere, quam ipse dum à fatuis contemneretur à Domino impetravit: addiditque se nullo pacto scire, qualiter post virum dei tantum via spatium in momento percurrerit. Ferunt et alia multa miranda viri venerabiles de discipulis eius à beato Lindgero gesta vel dicta; quæ cuncta ponere immo: devotioris fortassis prolixitatis videbitur.

Qualiter

Qualiter sanctus Lindgerus diuina inspiratione  
monasterium Somino nitentur construere.

Præterea monasterium quod in honorem sacrarum reliquiarum, quas  
ab Apostolico acceperat, olim construere decreuit: ubi posset constru  
agnita maritimarum regionum futura desolatione, sollicito requirebat.  
Duo autem loca construendis monasterijs apta videbantur; vnus in Wist  
mundi iuxta fluum Islla: alter qui ad Cruces dicitur, secus fluum  
Arnapa; sed diuina præsentia voluntatem super his demonstrari sibi  
deuotis ieiunijs et orationibus deprecabatur. Unde dum ad locum, quem  
iuxta amnem Arnapa eum elegisse diximus, hyemis tempore veniret,  
cruce ligneam iussit in eo loco erigi, et ipse solus coram sancta cruce  
in niue maxima duri frigoris, et longa noctis patiens prelas usque ad  
lucem in oratione duxit vigilias. Proinde diuina reuelatione monaste  
rium ibi esse non posse cognouit; sed locum in saltu quodam iuxta flu  
uium Rura fundando monasterio ex Deo fore præsitam. Quapropter dum  
sua via comitibus qua diuinitus cognouerat, reuerteret; ad promissum a  
Deo locum properauit, et cum possessore eius locutus, locum illum data  
terra alia comparauit. Post hæc autem cum ab occupationibus varijs libe  
rior factus, tempus huic vacationi aptum inuenire potuit; assumptis  
secum, quos huic operi necessarios sciebat, ad ipsum deuo locum profectus  
est. Erat ibi sarculum quoddam, arborum opacitate, et syluarum densi  
tate undiq; conclusum; ibi fixis tentorijs mane printo arbores dirutere,  
et locum sponendis edificijs expurgare si qua facultas daretur disponebant,  
quod tamen illis fieri impossibile fieri posse videbatur; unde et beatum  
virum a sua intentione penitus reuocare studentes, dixerunt impossi  
bile proptus videri illum vnquam locum habitabilem fieri posse; quo  
ntiam arborum densitate, et ramorum obductione calum quodque ipsum  
absconderetur. At ille spem suam in Domino ponens; qua Somini bus  
inquit impossibilia sunt, Deo possibilia sunt. Ita nocte ingruente,  
cum temperius ad vigilias nocturnales surrexissent, post peractum  
officium

officium, se cubitum denno receperunt, cumq; iam omnes dormire putaret, silenter exsurrexit, et tentorium egressus, paululum orationis gratia secepit: sed quia quidam ex eius contubernio clericus, nomine Jbi: adbalo eadem hora vigilavit, ipsum confestim foras exeuntem secutus est; quod mox vir Dei cognovit, et paulisper quasi pro hora inspectione substitit; deinde tabernaculum ingressus, rursus coepit; sed eundem iterum clericus pedetentim subsequutus est, ita secunda quoque vice oratione eius intercepta, clericum stratum suum repetere, nec ante lucem exsurgere praecepit: ipse quoq; ut eius curiositatem eluderet, et sese cubitum recepit, cumq; aliquamdiu expectaret, et iam neminem vigilare suspicaretur, tertio exsurrexit, et egressus, sub quadam arbore se in orationem proiecit: verum cum memoratus clericus contra auctoritatis suae praeceptum, sequi non auderet, et omnino quid agere vellet, explorare intendere, pagilione iuxta lectum suum elevata in oratione positum vidit, erat enim nox luna et stellis admodum clara: quod cum orasset diutissime, et se per spiritum auditum a Deo cognovisset, tentorium cunctis ut putabat ignorantibus repetiit; multa illico cali quia tunc erat serenitas, obscurata atra, et ventis hinc inde exurgentibus, tempestas nimia sussecuta est; cadebant annosa circumquaq; arbuta, et cum magno licet omnium timore, ipsa elementa famulo Dei militabant: nam diluculo cum surrexissent, viderunt sylvam hinc inde erutam, fundando monasterio locum satis amplum dedisse; et arbores passim iacentes sufficientem lignorum ad aedificationem copiam praebuisse: vari quique frutices, et arbustula minores delicta sunt, quae ab operarijs facile, vel extirpavi, vel praecidi valerent. Unde sanctus Lindgerus, cum die iam clara suos reliquo operi instare hortaretur, eos pervinculari gratulabundus capit, anne adhaec calum se ex illo loco crederent conspecturos. Mane ex arboribus quas intra spaciū fundandi monasterij corruisse diximus,  
vna

una solum non divisa remansit, sub qua eadem nocte vir Dei oravit;  
 sed quia hac, sellula iam luce clara posita, suos ad operandum hortaba-  
 tur. Ibi quidam ad eum ex eius Clericis nomine Odilgrinnus ex itinere  
 ve quo directus fuerat, venit, quem inter mutua qua habuerant collo-  
 quia, interrogavit quid sibi de illo loco videretur; utrumnam eum mona-  
 chorum collegio congruum arbitraretur? At ille vultum eius solito cla-  
 riorum videns, in vespera, inquit, facie video, hoc opus sine Dei voluntate  
 non esse inchoatum; locum iam olim a Domino electum opportunissimum  
 diuino seruitio futurum. Quia responsione ipse delectatus; gratias, inquit,  
 habet qui secundum voluntatem meam locutus es; benevolentiam, quod solum  
 homo potest, tuam ostendis; ceterum effectus in Dei est voluntate constitutus:  
 illud sane te nosse volo, quod tamen alijs, ne viuis, <sup>te publi-</sup> ~~publice~~ inter-  
 dico; in hoc loco me diem iudicii expectaturum, et corpore exutum, me  
 hoc ubi nunc sedeo monumentum habiturum. Ita Clericus arborem quam  
 diu ibi stetit, diligenter observavit, sed cum postea in usum Ecclesiae, qua  
 ad occidentalem eius partem construebatur, praecisa esset, lapidem in  
 eodem loco, nullo alio sciente, praesigno infodit, qui ibidem cum postea  
 sepulchrum sancto viro foderetur, inuentus et effossus est.

Quod diuinis officijs sine mora sit insistendum.

In angustijs positus, vel sollicitus in tractandis maioribus rebus,  
 hoc statim exordium sumere, moris habuit: sacerdotes missas ce-  
 leberrare monet, reliquos viuis vel feminis orationes mandat et ieiun-  
 tia; inuitat ad pauperes egentes et miseros, pauperum exposcit pre-  
 ces; et sic in omnibus gressibus eius in Domino dirigebatur. Omnem  
 censum, qui in hereditate eius propria, vel in Episcopio colligebatur,  
 mox distribuere studuit, nihil omnino, praeter solum necessarium  
 usum, super angustiis aedificijs, vel ambitiosis ministris cu-  
 rans. Quapropter cum a quibusdam Regis praetibus, quasi stir-  
 pator Episcopij criminaretur; et qui nullas aedificiorum honestates,

nec ipsis Ecclesijs congruos metallorum ornatus prævidere scivit; gloriofissimus Imperator ad audientiam eum invitavit: unde dum veniens mansuetam iuxta palatium accepisset, mane primo ad eum Imperator cubiculario nullo, ad suum iussit venire colloquium: Forte tunc Antistes dum consuetudinarius ex more psalmis et orationibus instaret, dixit cubiculario ut præcederet, se non diuino peracto officio secuturum: dum secundo ac tertio nuntijs venientibus, ille ab incepto non mouere: tunc opere, accusatores eius occasionem se inuenisse latari, ex hoc ipsius facti criminatiorem cumulabant; verum dum completis psalmodijs ante Imperatorem venisset, dixit Imperator. Quare nostrum mandatum sic difficile accepisti Episcopo, ut tunc accersitus nuntius statim venire despiceres? Quia inquit Iudgerus, et tibi o Rex et cunctis hominibus proponendum arbitrabar, hoc enim ipse mihi præcepisti, curam Episcopalem committes, idcirco à tuis licet vocatus nuntius, omnipotentis seruitium intermittere inconueniens iudicavi: at mox diuino peracto obsequio, paratior ad Regis imperium veni. Quod responsum eius, Imperator optimus veneratus: gratias ait habeo Episcopo, quia talem te modo inuenio, qualem antea aestimabam; fuerunt autem aliqui, qui factam bonitatis tuæ maleuolè apud me interpretati sunt, sed hos deinceps minus gratos habebis, et nullius verba super tua criminatiōne, me ultra spondeo accepturum.

De simili miraculum sequitur.

Porro quia sanctorum officiorum incidit mentio; narrant quod dum ad opus dominicum vir Dei staret, ineffabiliter timorata intentione, fixaq; mente manserit. Aliquando dum in itinere esset, lectus illi ad vicinum focum conservabatur, unde dum nocte stans iuxta lectum, matutinas laudes cum clericis caneret, et lectis cinere granis fumus euaporans in faciem illi exhalauit; ille quasi nihil sentiens immotus

immotus mente stabat et corpore: at vnus ex clericis auferre hoc volens in-  
 commodum, clauato genui carbones detegit, et ~~inflans~~<sup>inflans</sup> insufflans, sopitos  
 suscitauit ignes: mare autem vocans clericum, districte spectatus est, quare  
 huius mentis fuerit, vt sacris hymnis dimissis, se potius incuruauerit ad  
 construendum focum; et penitentiam aliquot dierum illi indicens; docuit  
 clericos dum ad opus diuinum assistitur, omnes occurrentes conatus ano-  
 uendos, et quantum humani cordis fragilitas patitur, nihil aliud cogitan-  
 dum.

Conclusio.

igitur de sacrosancto transitu beatissimi viri, non tam nobis dolendum,  
 quam gaudendum esse videmus: gratias enim Deo agere debemus quod  
 talem virum nostris temporibus concepsit, qui et prioribus seculis aequan-  
 dus, et huius aetatis hominibus incomparabilis, et posteris imitandus exsti-  
 tit. Gratias etiam agere debemus, quod eum nos ex pastore patronum habe-  
 re fecit: non nam quatinus omnes sanctos nobis patronos fore confidamus,  
 ipsum tamen speciali nos licet indignos patrono tueri, non absurde pe-  
 ramus, qui nostrum primum locum et fundauit et rexit. Quamquam autem  
 eius patrocinia apud Deum valent, testantur gaudia populorum, quos in-  
 terpellatus exaudit: testantur sanitates morbidorum, quibus in varijs ne-  
 cessitatibus succurrit. Proinde non vt mortuum sanguinis, sed vt reueri-  
 uentem nobis suam precum subsidio subuenire oramus. Neque enim ille  
 nobis mortuus est, qui toties nos et corporaliter sanat, et spiritualiter  
 viuificat: non est absens quem tot quotidie miracula nobis reuertant:  
 non est otiosus, qui singulos nos piorum morum probitate, et sanctissima  
 vita exemplis instruit et informat. O vere beatum et omni laude dignis-  
 simum Angelis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, Confessoribus, atque Virgini-  
 bus non immerito comparandum: Angelis cordis mundicia, et castitum  
 contemplatione: Prophetis futurorum notitia: Apostolis et pastoralis cu-  
 ra successione, et praedicationis imitatione: martyribus carnis castigati-  
 one, et martyrii desiderio: Confessoribus diuini nominis communi  
 Regibus et gentibus confessione: Virginibus corporis simul, et mentis  
 castitate

capitare. Quis talem tantumque virum digne possit laudare? quis eius  
sanctitatem non veneretur? quis miraculorum operationem non obsequi  
possit? quis eius in signis occultandis humilitatem non miretur? Ma:  
iora sunt ista, quam ut digne ea proelia lingua ariditas valeat explicare;  
nec eget ille nostri sermonis praconio, et nostra laudatione, qui tantum  
apud mortales prodigis clarus: qui tantum inter Angelos et omnium  
sanctorum chorus in caelo est glorificatus, ubi unum Christo coniunctus  
pro nobis eius servis, suisque servitoribus apud ipsum intercedat. Qui cum  
Patre et spiritu sancto unus vivit et regnat Deus per omnia secula  
seculorum Amen.

CRONICA ABBATVM HORTI S<sup>tae</sup> MARIAE,  
et, Lidlumensium, in Frisia occidentali.

1575.

Auctore S. Sibrando Cano: in  
Lidl: et Past. in Mennaldum.



Pio docto Prudentiqz viro Dño.  
 Joanni Gelmüden Abbati Lidlomenfi  
 Sibrandus Leo S. P.

Plinius Historiarum omnium cœu thesaurus ab omnibus  
 doctis, litterarumqz cultoribus præter modum suspiciendus  
 lib: Histor. 7 cap 56 Cadmum Thebanorum Principem  
 primum Historiarum inventorem refert: quam insipide et  
 insulle sit dictum Abbas plurimum dilecte a <sup>vigo</sup> ~~in~~ omnium sa:  
 culorum cultissimo, in præsentiarum non refert disputere,  
 cum ipsam Historiarum omnium veram et originem ipsa sa:  
 cra referant Biblia illustrissimi Israelitarum ducis Moyses  
 opera, dictante spiritu Sancto nobis prodita, atqz in eum usum  
 tradita, ut <sup>ex</sup> ~~is~~ velut abundantissimo peni quisqz in quavis  
 vita ratione omnigenam referat fructuum copiam. Homo  
 nempe Dei facile obliuiscens, satana omnem divinitatis memo:  
 riam mortalibus adimente, ut in Protoplasto liquido constat, et  
 omnium ætatum litteris et monimentis editis facile compro:  
 bari potest: unde et vitas Patriarcharum et Patrum in hoc  
 nobis relictas credimus; ut eorum fidem, obedientiam et sub:  
 militatem imitantes Regiam viam, qua iter ad patriam celest:  
 tem incedamus. Assidua namqz Historiarum sacra in primis  
 scriptura lectiones, homines ad vitam utramqz informant Poly:  
 ticam et Christianam. Hoc igitur præ cæteris honore digna  
 sunt littera sacra; quod is non tantum Politicus, sed et Christi:  
 anus efficitur homo. Abrahæ iusticiam, Nœmi pudicitiam  
 Moyses

2 Moyses fortitudinem, Josua audaciam, Salomonis prudentiam,  
Ethnicorum Principum descriptis virtutibus ex ipsis Ethnicorum  
scriptoribus dari scimus: petitis? quilibet conferre potest qui  
Liviū Suetoniū, Eutropiū, Tacitū, Plinīū, et Cice-  
ronem legerit: nam et hi suos habent Abrahamos, Noëmos,  
Moyses, Josue et Salomones. Quis unquam Octaviano, Ca-  
sare, Justiniano Imperatore maiora claruit iusticia? Quis  
Alexandrum superat invidua fortitudine? Solonem in condendis  
legibus prudentia? Ciceronem in dandis consiliis ~~facto~~ sapien-  
tia? Quid Lucretia magis pudicium? Julij Caesaris quanta con-  
stantia? quibus collatis prudens lector perspicuè videbit  
Ethnicorum Chronographiam sacris facile comparari posse  
aut aequiparari Historijs. Sed in hoc sacra praeferunt; quod  
ipsam veram virtutis lucem, fidem et pietatem aeternaque  
salutis spem certam lectori conferant. Quod praefati omnes  
in unum conflatis doctrinis et institutis efficere nequeunt;  
Politicum formare possunt, Christianum non item. Libenter  
igitur Christiani ex praecepto Divino, Patriarcharum et Prophe-  
tarum lustrare vitas, et ut recte Terentianus ille Syrus mo-  
net; inspicere tanquam in speculum vitas omnium inviduar,  
atque ex alijs sumere exemplum sibi. Hoc enim vere prae-  
stant Patrum scripta, ut nos de horum imitandis vestigijs  
ardue cogitemus; quae si nobis velut speculum praesentis  
non forent praesepa rerum praecedentium notitia cavendum  
foret esset. Bellinam plene vitam ageremus quae in diem  
viventes, nec quod ante pedes est vident, nec de praecedentibus  
meminere

memineve. Hinc omnium seculorum tam anxia verum da-  
 linatio, quas posteritati commendantes, lapidibus, aeri, et  
 metallo, et laminis ferreis insculpsere. Quid quod ipsus  
 Sol, Luna, stella, dies, nox, terra, aer, et quicquid Soma  
 videt, Historiam quamdam referunt; ut Solum ministe-  
 rio Somo velut speculo inuitatus, natura mutationem,  
 et temporis naturam et salutiferam agnoscat presentiam.  
 Unde et sacra littera Assuevum Regem Historiarum  
 lectione delectatum, ante actuum verum notitiam ad  
 Mardochei Iudeorumque omnium salutem ex ipsis Medorum  
 archivis hausisse referunt. Unde liquido constat  
 Abbas praesentissime salutarem, utilem, et prater modum  
 necessariam homini litterarum esse scientiam; quam  
 tu pro vivibus studiose prosequeris, plus praescaturus, ni  
 et difficiles motus, verumque omnium summa turbatio me-  
 tem distrabere tua: Vallamen Indecenatem iniquum  
 et beneficium te litterarum amatoribus prabere nunquam  
 desinis. Hac nostra extemporanea opella tuis votis latiffa.  
 Certe cibus, nostrorum Abbatum Civitas pias et Christiana-  
 nas nostro fide exaravimus, ut et Tua Dominatio haberet  
 quos velut praecedentia luminaria sequeretur. Hi nempe  
 fuisse, qui Lidlomenste monasterium ingenti favore, zelo,  
 studio et industria, Sucusq; promoverunt, ut posteritati  
 de religione, et siq; substantiali necessitate prospererint;  
 quorum virtutes exemplatus Sano posteriores cum illis  
 in regno caelesti partes consequeris. Habes in Hoyketo vere  
 religionis

†  
voligionis exemplar, in Felcone constantia, in Tetardo tole-  
vanzia vestigia, in Keppelio virtutum omnium exemplar  
absolutissimum, quem et nomine referas, et ut pietate et reser-  
vatione referas obnixè precor et obtestor. Has nostras  
crassa minerva, vidi et insipida lucubrationes Ina Domi  
dedicatas, et benigno et grato animo accipias oro. Vale  
Abbas plurimum dilecte cum omnibus nostris. Data  
Menaldum 4 nonas octobris Anno Redemptionis orbis 1575.  
Tuis per omnia obsequentissimus Sebriandus Leo  
Pastor in Menaldum.

# De origine candidissimi ordinis Præmonstratensis.

Anno redempti orbis 1120<sup>mo</sup>. Tempore Honorij secundi Pontificis Romani Norbertus Lotbaringus genere, diuitijs atq; facundia clarus, sacerdos, relicta Cæcili pompa ordinatus, Magdeburgensis Ecclesie Canonicus existens, diuino spiritus vocis iustarum vastus, verbo prædicationis iustus, nudus itaq; nudum sequitur Christum: quorundam etiam religiosorum moribus exploratis, sumpto habitu candido, internam mentis puritatem, vitæ innocentiamq; declarans, vitam inaudita austeritatis assumpsit: per aliquod tempus nudus etiam brumali tempore incedit pedibus, non destitit <sup>Honorius Papa or-</sup> <sup>dicem Præmon: con-</sup> <sup>firmauit.</sup> verbum dei seruare animas edicto lucrificiens. Ab Honorio Papa deniq; exceptus <sup>benigne</sup> ordinis confirmationem Præmonstratensis quam flagitabat digne consecutus est. A Calixto deinde Calixtus Papa Papa commendatus Bartheolomæo Episcopo Landensi, quo <sup>pronouit ordi-</sup> <sup>nem Præmon:</sup> adiutore in Pago Præmonstratum dicto, diuinitus inspiratus ~~ita~~ recedit, ibiq; solitariam et religiosam vitam agens multosq; fratres colligens, regulam s. Augustini suscepit. Vide Vincent. in Spec. Naudæ generat. 38.

6  
De fundatione Horti S<sup>ae</sup> Virginis  
MARI GAERDE vulgo

Anno Virginis partus milles. centes. septagesimo tertio  
Monasterium Horti S<sup>ae</sup> Virginis MARI GAERDE fundatum à  
venerabili et Deo dilecto viro S. Friderico, Fejkone Eccle:  
sia in Hallom Pastore: in pago pradieto Honestis natus pa:  
ventibus, Patre Dodone, matre Sibried: in ipsa adolescentia  
mortuo patre, hiorum presidio destitutus; à matre vidua  
Honeste educatus prima Grammatices praecepta Hallenij didi:  
cit, quibus edocibus, Monasterium Westphaliae studiorum  
varia profectus, et pietati et litteris plurimum addictus fuit.  
Insula S<sup>ae</sup> Maria  
vria monast. Canobium Insulae S. Mariae frequentius accedens, cenobitarum  
pietate vitamq; puritate motus, ipsam ordinis Præmonstra:  
tensis vim et disciplinam amplectus, mirum in modum stu:  
diuit promovere. Hallenium rediens, S. Fejko Pastor senio  
confectus iuuenis probitate matris, ipsum proprijs sumpti:  
bus sacerdotio consecrari curat, sacerdotium adeptus, de:  
functo Fejkone, communi suffragio successor Fejkonis decla:  
ratur; hac dignitate tametsi sublimatus, necdum illa ordi:  
nis pietatisq; semina olim in Insula S<sup>ae</sup> Virginis Maria  
recepta exidevant. Capitur quo pacto id quod mente ferebat  
re tandem praeferret, dum varia hominum tumultu:  
antium bella, caedes, et latrocinia templorumq; inflammatio:  
nes videret, homines tandem gravi aeterniq; supplicij denun:  
ciata pana caput moneve, iustare, praeterea, modum hortari  
ad re:

S. Fridericus  
Sacerdos.  
v. Abbas.

ad recipiendam, paratam omnibus salutem, dummodo post:  
 habitus carnis delictis, fraude et invidia, belli fomite, a stasq;  
 de prioribus penitentia, ipsum Christi vestigia meditantes  
 imitari ~~intenduntur~~. Hac verborum vi, sacro cooperante Pneumate,  
 hominum animos sic commovit, ut plures etiam genere no:  
 biles, factisq; inferioribus clari, posthabito mundo in Eccl:  
 sia Hattomensi sumpto habitu candido monasticen professi  
 ipsius subeuntur ordinis disciplina. Horum precipuus Gos: Gosticus Gos:  
 licus (ex Gostinganis nobilitus fuisse memoratur) velicta lingba mo:  
 nempe uxore, ex consensu, et liberis, omniq; substantia, se  
 totum Christo, vero zelo incitatus, obtulit. Huius factum  
 imitatus Vibrandus antea ferop, et gloria belli clarus, Vibo Cam:  
 familia Cammingana in Blija, idipsum praestat. mingba.  
 Fredericus horum conflatu, quotidianis incrementis fer:  
 uidiior factus, secessum parat, locum edificandi monasterij  
 decernit; quod dum per se ut-potes, opibus destitutus, effice:  
 ve nequit, nobilissima matrona Sini matris Renici cogno:  
 mento Magni nobilis de Markela presidio et munificentia Sini Markela  
 adiutus est, cui et honesta matrona Cetrudis Bressm, Kem: Geert Cam:  
 ponis et Aelqonis de Blija coquata (unde Camingani <sup>sep</sup> et mingba.  
 Kempingani) accessit, eandem in conferendis opibus praestans  
 gratiam, quam Sini praefata. His velut patronis stipatus <sup>Mariengaeve</sup> **Annus 1163**  
 vir Deo dilectus A.º mille.º centes.º septages.º tertio nonam erigit <sup>fundatur</sup>  
 adiculam sacram Sine Virgini, Sandas Joanni Evange: <sup>Hortus S.º</sup>  
 lista consecrandam, primuq; in eo ipso die Epaltationis, <sup>maria.º V.º</sup>  
 S. Crucis <sup>Capella in Hor.º</sup>  
 to fundatur

8 S. Crucis sacrum celebrat. Inter reliquos pietate prestantes or-  
 dinis amplectendi cupidos et imitatores, tres simul fratres germa-  
 nos in suum recipit Collegium: qui prater modum fidei ardore in-  
 censi valde proficiunt. Jaco Horum maior impetrata à S.  
 Frederico Venia, abijt ex proprio Collegio a se creato. Duo alia  
 instituerunt eiusdem ordinis monasteria: unum in terra Fran-  
 sanicana Merna, alterum in Doccum ad S. Bonifacium Capella  
 novia elaborata, adduntur reliqua domus receptui commoda, sic  
 ut plurimorum essent capaces. Hinc religionis sollicitudine magis  
 accensus, assumpto secum Allardo Jacobi fratre Stensfeldiam  
 Eycliana ditronis properat, et cum Praeposito communicata or-  
 dinis instituta oratione impetrat; addit praterea Conventum Har-  
 mannum Priorem, quo gausus relicta Colonia domum revertit.  
 Accrescente indies virorum ac feminarum multitudine, videns  
 monasterium pro temporis ratione satis angustum, minusq; tutum  
 iudicans utrumq; sexum eisdem habitare debere; et ne res  
 tam pia et ardua aut satana versuta, aut pravorum ho-  
 minum calumnia suo splendore fraudaretur, locum expedi-  
 ficandi sac: virginibus cenobium impetrat in Bethelem,  
 Quo tandem erecto e vestigio illas simul transfert, viriq;  
 litteratura et cantus Ecclesiastici scientia clavis, certo precio  
 conductis, illas omni necessaria doctrina imbui cupat. His pijs  
 operibus vir Deo dilectus semet exerceans Anno praefectura 14.  
 in Bethelem gravi morbo correptus, vita finem certis indicijs  
 praesentens Dominum redit, et sacro in Hallom celebrato in ipso  
 3no

Merna.

Doccum mense  
canob. fundat.

Stensfeldia.

Bethelem fun-  
datur.

30

Suo, presentibus omnibus, monasterio diem claudit extremum, in  
aeterna sacra ab ipso fundata, altiori sarcophago tumulatus  
ibidem quiescit Anno Domini. 1175. et 9

Ento<sup>s</sup> Ab. 2<sup>o</sup>.

Frederico Canobiarveda defuncto, communi fratrum electione  
sufficitur S. Ento. Entetus hic summa laude praefuit annis  
octo, ampliandi monasterii percupidus, ubi videt religiosorum  
numerum ardore caelesti accensum indies crescere; Sicut sic  
ut locus parvis initiis occupatus omnium vix capax foret,  
summo iactu studio maiore ambitu ipsum auxit; Templumq;  
nouum ingenti opere a fundamentis erigens, lapidum laborat  
inopsia; Sarcenriam itaq; profectus, labides topinos, montibus  
episcopos comparaturus, marisipium manibus clapsum munus  
distentum in ipso Beni alneo amittit, amissum precibus a deo  
recuperat. Hos Sarcenria per Insulam vectos, nauigio adducit,  
quibus ipsam adem sacra forma quadranguli Cui feliciter  
ad summum culmen perducit: Sora demum modestis propinuis  
collectis omnibus animulam deo reddi Praefectura sua An.  
1184 Tertio Nonas Septembris.

Gerbrandus 3<sup>o</sup> Ab.

Gerbrandus vir doctus et prudens, sua fratrumq; salutis  
admodum sollicitus octavo sui muneris mense in Camino no:  
ritu Anno 1185. 5<sup>o</sup> Nonas Septembris.

Joannes

### Joannes Abb. 4.

Dño. Gerbrando defuncto, Joannes Honestus natus parentibus, ut successit in Praefectura, vir omnibus modis laudabilis. is monasterij commodo consulens, quicquid <sup>aut</sup> per continua Gerbrandi valetudine aduersa, aut temporis breuitate intermissum fuerat; summo studio prosequitur, monasterium denique suis exornatum terminis consecrari curat Anno Dñi 1190. Hic moriens S. Syardum ipsi notissimum in dignitate sibi subsequi postulat mortuus An. 1194, 12 kalen. Julii.

### Syardus Abb. 5.

Syardus ob ingentem pietatem inter reliquos Frisiae Patres existit, Dño Joanni procedens virtutum omnium operibus in se fauorem excitat, unde et mirum in modum monasterij structura creuit, opem ferentibus is, quorum intererat viri tanti fauorem et gratiam consequi. Cum fratribus simul refectorium quotidie intrans, visum utebatur adulis, nec lautioris quicquam admittebat, et si quid huiusmodi allatum fuisset, nouitjs ab illo datum constat. Quo facto fratrum in se fauorem summo pere citabat: iudis quoque pedibus diurna nocturnaque sacra frequentans, omnium perpetuum in Deum optimum maximum feruorem excitabat\*, unde et summa per Frisiam estimationis habitus, multorum animos ad conferenda monasterio sua donaria commouit. Syluam quorundam tunc temporis summe in cespitem fodinis erant diuitiarum latas praedia, huius viri amore ob sanctitatis opinionem capti

\* nec edamonijs  
sumidorum fratribus  
abstinuit.

capti latissimos agros in Baccafeen ultro ipsi offerunt; eo profec-  
 tus novam Capellam Maria Curiam ab ipso nominatam instituit;  
 it; ad prohibendam maris salis inundationem, ipse cum reliquis  
 fratribus sumpto ligone hanc dedignabaturs restanvare aggeres  
 marinos. Eunt ad fratrum possessiones, quas Gavangias nomina-  
 bat, pauperes et mendicos sequentes semper habuit, quibus pro ille  
 iussit mensam sterni, et cibis adornari, ipso etiam ieiunio. Tantus  
 in illo divina contemplationis fervor vigebat, ut ad quasvis occasio-  
 nes etiam leues, superna dulcedinis memor sequentes sacellanos  
 ad similem mentis aciem sortaretur. Eboracae virginum in Jesum <sup>Eboracae Virgi-</sup>  
 transiens suis stipatus sacellanis, paululum de via deflectens, lon-  
 gam habuit de caelestium spirituum eboreis, et de tripudio et ex-  
 ultatione angelorum, orationem: quanta calitum quoque letitia  
 esset, ubi quis sperto mundo Christum sponsum sequeretur. Unde et  
 Dominus vivi huius calore indefesso delectatus, multam ipsi mira-  
 culorum gloriam concessisse memoratur. Vita denique eius felici-  
 ter acta Anno scilicet dignitatis 36, salutis 1230, preclato corporis  
 huius ergastulo, migravit ad dnm. ipsa nocte 5. Brixij Episcopi.

Sibrandus Abb. d.

Monastici omnes huius piissimi Patris obitu tristes, accessito  
 dno Syardo Abbate Lidunensi et dno Tadone Abbate in Loccum  
 adem ingressi capitulavem, innocata spiritus s: quatuor electionem  
 de successore tanti viri proponunt, collectisq; omnium suffragiis  
 Sibrandus Abbas nominatur; quo nominato Gosticus et Punctus <sup>Macdarius</sup>  
 Abbas <sup>Macdarius</sup> steineldensis <sup>nomine</sup> ipsum confirmant. Fuit Sibran-  
 dus corpore admodum gravi, carnoso et pingui, quod ipsi in obsequiis  
 minus

12 manijs difficultatem peperit; quamobrem varijs intentus negotijs  
plures sibi facellanos adiungere coepit, huius temporibus de in-  
vispitione Ecclesiastica, de quibusdam quoque agris Emone Abbati  
primo et fundatori in Florido Soto Villerivum, summa contentis  
fuit cum Herderico Praposito primo in Schilwolda vivo potente  
et diuite Groningana ditionis nobiliori: Sibrandus Abbas prima-  
rius, ab Emone ad dirimendas lites vocatus eo proficiscitur, fit  
plurimorum Abbatum et Procerum Ecclesiasticorum ex tota Fribil-  
gonia Hunisqonia et Rejdensi territorio, Hammona conventus;  
cui simul interfuit Legatus Episcopi Monasteriensis, et Gayco Pra-  
positus in Farum, Prapositi Schilwoldensis Annuncius. Itaque  
vocatus adhibitis testibus, ad vnam examinatur, rei veritati  
comperta, Herdericus succumbit damnatus restitutionis, atque ob  
proterviam et rebellionem excommunicatur. Postmodum ex  
Primitibus submissi ipsum Sibrando reconciliant, hinc domum  
venertit. Collegij huius sacri doctorum virorum fama vobili  
locorum divulgata, multos ad sua conferenda donavia allexit,  
vnde ex Hollandia plerique mediam Insula partem ditionis Hollan-  
dica, proximam Amsterodamo dono datam, reliquam centum  
libris monetae Hollandicae a prudenti oeconomo fratre Vgho  
de Fribium collectis, studio Sibrandi Abbatis a nobilibus de Per-  
sijn Nicolas et Joanne est mercatus; quo facto adiculam sacram  
S. Mariae edriam ab ipso appellatam, cum aliquot agricultura  
praeferendis conuersis commisit et erexit. Accidit praeterea huius  
temporibus memorabilis clades experientus Episcopi Traiectensis  
Ottonis

Otto Lippensis  
Epis. Traiectensis

Ottonis ex illustri Comitum Lippenſium familia. Hic pro defensione  
 iuris Ecclesiastici in conſervandis per Brentam et Tuentiam de:  
 cimis, quas Jucola <sup>recusabant</sup> persolvere praeſidio Episcopo, collecto  
 exercitu, iusto cum illis certamine confligit; quo superatus  
 ipse cum omnibus suis ad internecionem deletus. Quo in loco  
 postmodum succedens Praesul ve cum hostibus pacificata mo:  
 nastorium Sacrarum Virginum, Assen dictum, ipsis Brentorum  
 sumptibus erigi, ubi ubique agris et redditibus annuis ditari pra:  
 cipit. Ulbrandus Hildesimensis Canonicus Comitis Oldenburgij  
 frater Ottonem in Praesulatu succedens vindicanda cadis cu:  
 pidus, habita omnium Ecclesiasticorum ordinum collectione  
 reprimenda Brentorum audacia et obtinendi iuris Ecclesiastici  
 modum investigans, praelium rursum instaurat; Cracem  
 itaque in illos predicari iubet variantibus animis quod non aequè  
 omnes essent hostibus infensi nec amici: Cuius nihilominus pra:  
 dicari decernitur ut vel huius terrore Brentones respicerent  
 itaque colla subderent Ecclesiastico. Brentones vero ex illata  
 clade animosiores facti Duce Rodolfo Couardienſi Castellano et  
 Heynone robusto ductore, armata acie Episcopo semet obiciunt:  
 in ipso conflictu calliditate usi, regressum simulant, quousque hostes  
 acriter insequentes in loca admodum paludiosa lutoque tenaci plena  
 deducant. Hic velut pediculis et laqueis inextricabilibus capti, ab  
 hoste <sup>Brentone</sup> circumstante misere trucidantur. In eo conflictu Abbas Si:  
 brandus summum amicum Hesselum Oostergae Decanum, virum  
 insignem desideravit, hic ab ignoto hoste captus, anni plurimum  
 pro ve:

Assen fundat  
 nunc vulgo esse.

pro redemptione pollicetur: hoc illo promittente à tergo imminens  
 hostis illi capiti baculo ipsum excerebravit; hoc addens: Jam  
 omnibus aqua pars abs te redditur. Eius cadaver ad hortum de  
 latum tumulatur. Rodolphus et Heyno postmodum capti decollantur  
 rotisq; iniecti volueribus exponuntur, sicut atq; ita meritis perfidiae  
 penas lunt. Anastasia illustrissima Ducissa Pomeraniae  
 Abbatis Othonis in Bilbeck pietate mota, ipsum Sibrandum Abba-  
 tem accedere iubet, animi sui explicaturus intentionem. Seve-  
 nerat nempe femina Suis fervore incensa novum in Scla-  
 nonia erigere sacrarum virginum Coenacium, quod et opere  
 praestitit, illud à fundamentis erigens; quod à Rubo, quibus con-  
 stabat dici voluit, in quo et ipsa Ducissa commigrare statuerat  
 Ille itaq; avorto itinere eo profectus, omnem rem Abbati Sibrando  
 aperit; huic cenobio virgines ex domo Betleemica sumptas  
 imponi postulat. Abbas, religiosa femina in Deum fervore  
 famulas, obsequitur, in Betleem itaq; profectus proliza oratione  
 illas ad obsequendum hortatur: sanctum, piū, et Christianum  
 opus praedicans Christo et Patribus obtemperandore, ipsius  
 promovere cultum, atq; ad honorem Dei novitas colligere  
 Christo militantium familias; quibus verbis et obedientiam  
 et lacrymas extorsit, sic ut omnes simul quotquot erant  
 numero, unanimi consensu sese obtemperaturas promitterent  
 ipse ex omnibus eligeret quas perfectioni aptas iudicet.  
 Eliguntur itaq; ex praestantioribus decem Anna ex nobis  
 Anna Markelali familia Markelae, Remici ex soribus neptis, Sibriga  
 Othonis

15  
 Othonis Abbatis soror, Elstre Groningana, Eets Leouardiana  
 Tetta ex Marne, Tetta Vestringa ex Vestergoa (sic dicta quod  
 eo tempore ob maris interfluentis ostium, Frisia foret bimer-  
 bris, modo autem maris recessu in terram nouam mutata  
 coierit) Margareta Groningensis et altera eiusdem nominis  
 Winna de Op-Huisel, Guts soror Jeldardi Prioris in Doccum.  
 Hæ simul abeuntes inposita nauibus magnam fletum excitant  
 reliquarum manentium, quod illas in vita nunquam reuisuras  
 crederent. Hamburgam itaq; appellentes e nauibus egressæ,  
 Sclauoniam proficiscuntur; ibi ab Anastasia Sucijsa summa  
 humanitate excepta, quæ diuisis utroq; filio prouincis, virgi-  
 nibus comes ad Rubum abiit, ibiq; debita summitate ordinis  
 vigori semet subiecit. Fuit in Sibvando Abbate de Canonicis  
 literis optime fratres imbuendi summa sollicitudo; accessito itaq;  
 M. Frederico iniqui litteraturæ candidato, promisso stipendio largo,  
 erectaq; in canobio schola publica, instituenda iuuentutis  
 curam illi commisit. Horis antemeridianis Technicorum poëta:  
 rum et Historicorum prælectâ lectione, pomeridianis vero  
 Ecclesiasticorum antebvum Ambrosij, Augustini, Hieronimi et  
 aliorum, ut sit omni doctrina exculi vera Theologia noti-  
 tiam haberent. Erecta schola magnis ad Fredericum iuuenem  
 erudiendorum conflatus exstitit. Ex Gryn oppidulo ad ostia  
 Fleni fluminis iuvenes instituendi, postmodum sacris initiâ-  
 di ad ipsum destinantur. Sibvandus pijs operibus ingiter in-  
 tentus, vitæ vir finem adeptus moritur Anno Præfectura octa-  
 no, salutis millis. ducent. trigel. octavo 12 Kalen. Sep-  
 tembris.

Anastasia Sucijsa  
 Pomeria: ex Beestlee  
 accepit virgines  
 nouumq; extruxit  
 monasterium.

Schola

Methodus scho-  
lastica.

Gryn oppidulum

Jaricus

Venerabili Dño. Sibvando defuncto Steinfeldiam mittunt qui  
 Abbatis<sup>5<sup>to</sup></sup> Macbavij nomine electioni novæ præsideat, ille submisso  
 Dño. Petro electionem maturandam censet: Sic collectis omnibus  
 longam orationem latinam et doctam profert, quæ ad concordia  
 sortati communi suffragio idoneum Abbatem eligerent. Itaque  
 canobita deliberatione Sabita ingenti animorum consensu Dñ  
 Jaricum Coppido in Gryjn Abbatem salutant: erat Jaricus suo sa-  
 culo literis summo opere excultus, nec poetios ignarus, quæ sibi  
 ad futuram dignitatem facilem paravit accessum. Pastor  
 in Hallom existens M<sup>ri</sup> Frederici lectionibus quotidianis in-  
 terfuit, magnis laboribus adhibitis magna eruditionis spem  
 consequenda sibi comparavit. Hinc auctoritate Dñi. Si-  
 brandi Ecclesiæ in Gryjn plebanus effectus iuvenes civium  
 ad pietatem amplectendam sortatus, schola publicæ modera-  
 tori erudiendos tradidit, videns et illud ex voto non succedere  
 assumptis scholasticis præordinatis ex Insula traiciens Tammo-  
 ni Nonitrorum præfecto tradit (Sic aliquando Ecclesiæ in Vastua  
 Pastor relicto seculari habitu ordinem suscepit Præmonstra-  
 tensis) ex Scholasticis prædictis Theodoricus postmodum Abbas,  
 et Veris Sepulchri S. Mariae in Bünen closter Præpositus  
 prodire. Jaricus eo quò præfuit tempore de studiorum labori-  
 bus nihil remittens, apiam instar sacra omnia perlustrat, suisq;  
 Commentarij in studijs applicabat: commentarios manus scriptos in Cantica  
 Canticorum composuit, qui temporum iniuria interciderunt  
 in quibus stylo admodum dulci et facili suo ludens ingenio, Christi  
 et Ecclesiæ varia recenset pericula, dum in persona sponsæ,  
 hanc in spinis, in Sobria, sylvarum recessibus, petrarum spe-  
 culis

Commentarij in  
 Cantica.

specibus, montium aditis, leonum cubilibus, leopardorum receptaculis lugentem commemorat. Prosperit quoque sibi de viris pietatis studio claris quos Prioratus honore exornet, quod domini opera altius constaret binimis; inter reliquos Priores D. Triardo Bernarda insignis extitit, huius e stirpe Buno procreatus dicitur, qui Monasterij Bunencloster Primus fundator commemoratur. In profecto exaltationis S. Crucis in Iersum negotij alienius confuso quoscundi causa, ad hoc a sede Aplica instar commissarij deputatus profectus, gravi morbo correptus, eo ingravescente dum nulla conalescendi spes affulgeret, Praemonstratum pro impetranda absolutioe mittit. Abbatem Insulae S. Mariae causa committitur; sic adveniens in ipso itinere salutato Abbate Bernensi una adducit, et accessito Dno. Sibodo Abbate Lidlomeni ipso die S. Benedicti Padem ingrediuntur capitularem; hanc aequitudine debilis adducitur, factaque dicendi copia, oratione longa et languida postulatam consequitur, et brevi intervallo postmodum moritur Anno Mil. lxi. ducentesi. quadragesi: 10 Kalen. Julias, cuius corpus ante gradus sanctuarij sepultum quiescit.

Buno fundator conventus Bunencloster

Abbas Insulae S. Mariae.

Jelgerus Abb. 8.

His rite dispositis de novo Abbate eligendo deliberatur, collatisque suffragiis, omnium consensu Jelgerus ordine Diaconus Abbas designatur. quia electio Hamgeri fuerit concors et univoca, attamen minime non caruit eorum qui aetate et ordinibus maiores videbantur, quorum supercilio, huius perquam humili modestia est subventum. Erat Jelgerus summa prudentia

18 prudentia rerumq; multarum utilia clavus, à Sibrando  
 Abbate ob res arduas procurandas in Franciam ad generale  
 Capitulum Præmonstratense missus, sua dextevitate et obse-  
 quio multorum in se animos commovit, bonam spem Patri-  
 bus in Capitulo post se relinquens. Impetratis itaq; his quorum  
 causa missus fuerat, Abbati Casimiro Conrado innotuit, Ab-  
 bas Jelgeri foalatio delectatus benigne illum excepit et dimisi-  
 rediens sua legatione feliciter functus, magnam apud suos gra-  
 tiam est consecutus. Natus est Jelgerus Sonesta familia  
 Jelgerabuisum, patre Eone de Jelgelabueven, matre Bancka  
 matrona nobili, qua soror Dodonis Kempinga viri ob insignem  
 probitatem inter reliquos Frisia Nobiles Clarissimi. Huius  
 Bancka pater Vibrandus potentissimus de Kempingabueven  
 exstitit. Dodo ille præ<sup>nomi</sup>ntatus concionibus M. Oliverij Canonici  
 Coloniensis excitatus, cum reliquis cruce signatis, pro recupera-  
 da Terra sancta bis cum exercitu traiecit: tertia vice adito  
 sibi Tetardo cognato, traiciens in Domino movitur. Tetardus  
 rediens monasticen professus in Horto <sup>B. Mariae</sup> movitur. Dodo abiens  
 duos reliquit filias, Vibonem et Kemponem; Vibo ducta uxore  
 Sass Halbada sine liberis movitur; Kempo Hack fratris pruiniga  
 ducta, numerosam reliquit sobolem; Sorum fratrum Huius  
 culus exstitit Syds sine Synachus Abbas Clavecampensis.  
 Jelgerus Abbas electus, interfecto Episcopo Traiectensi a Dven-  
 edonibus iunctis sacellanis Vethaliam adit, et prateruectus  
 Monasterium vecta Mindam petit, ibidemq; ipsa sancta Pascha  
 Vigilia sacerdotio inauquiritus, Traiectum mittit qui à Pra-  
 sale necum consecrato litteras adferat dimissorias, quibus  
 impetratis

de  
 Cammingabuid  
 ven. nobiles  
 Dodo et Vibran-  
 ons.

Sass Halbada.

Minda.

impetratis Abbas consecratur; rediens rebus prospere actis suagis<sup>19</sup>  
 praesentia magnam excitat letitiam. Ipse die 5. Joannis ante  
 portam Latinam primum sacrum celebrans ab utriusque sexus  
 hominibus praesertim matronis nobilioribus ex Oostervade et Vester:  
 que multis ditatum donariis, auro, argento, annulis, armillis etc:  
 tantus erat omnium in viros Deo deditos favor et studium.  
 Incidit huic cum Sydacho Abbate Clarecampensi de quibusdam  
 pascuis paludinosus similitas: Sand longe a monasterio virginum in  
 Gervard, quod et Nazareth, exstat villa suanunith dicta, Gervard <sup>aliquo</sup> olim  
 huic in propinquo adiacet possessio Horti Maria Poppaen Nazareth dictam  
 dicta: inter utranque possessionem et villam lacus exstat pa-  
 ludinosus, nudo campus est gramineus, Vidamcor dicitur, Sic in  
 duo diuisus brachia, suas facile in Ee, flumen propinquum expo-  
 nerat aquas: hic lacus quondam piskopus nihil aestimabatur,  
 atq; ab istis in Poppaen iusto titulo possidebatur, at longio-  
 ris temporis proavesu excresecens arundinem profere, debinc gramen  
 Coloni in suanunith huius cupiditate ducti ulterius pro: suanunith  
 quediuntur et arundinem vegetant et demetunt, Abbatis Horti  
 Coloni illud consecrati excitato clamore illos prohibent, ipsi  
 nihilo secius pergunt, fit conclamatio, conveniunt Abbates,  
 examinantur testes, res tandem per arbitros componitur.  
 Nazarethica lacum obtinent, Jelgero agru redduntur mo-  
 nasterio propinxi cum decem iusta monetae libris. Abbas Cassi:  
 aensis Conradus, cuius supra meminimus, a sede Apostolica  
 missus ad Valdemarum Danie Regem ipsi Imperii iura offert, Valdemaro da-  
 ille Frederici potentiam veritus, oblatum Imperium respuit; no oblatum  
 Abbas relicta Dania Frisiam adijt Abbatem Jelgerum veteri <sup>Imperium.</sup>  
 notitia

2<sup>o</sup> notitia dilectum in via salutar; hinc Thuringiam profectus  
Henricus Lant: Lantgrauio Henrico idipsum quod Valdemaro representat,  
grauius Thuringia, Imperator. hic Imperij habenas arripit ex intopicata Chlamide, ipsi  
a Frederico dono data perijt, Conrado patri in Imperio suc-  
cedente. Rursum Jelgero cum Abbate Sydacho nouum oritur  
certamen, satana in ipso religionis exordio auaricia inuidiaq;  
femina spargente, quibus ecclesiam Dei turbare nitentur.

Gericius  
fundator conuictus  
Gercks klooster

In Paço Trüsel iuxta villam S. Augustini Gericius quidam  
celestis et diues exstitit; hic mundi peregrinitis gloriam alius  
meditatus, nouum vite institutum meditatus; monasterium  
itaq; nouum in Wigeratorp paterna ditiois erigit, quod ex pro-  
prio nomine Gercks klooster dici voluit, quare Gerbrandum  
Abbatem in Ludiakerck salutans, ei animi sui votum explicat,  
S. Bernardi institutum postmodum exoptans, quod a Gerbrando  
nihil impetrauerat (Abbate hominis lenitatem considerante)  
Abbatem Sydachum adiit, is ex priore conatu cum Gerbrando  
habito viri mobilitate motus, ipsum reiecit, rei eventum expec-  
tans. Jelgerum Horti S. Virginis Abbatem tandem accedens,  
lacrymis eum obtestatur ut ipsum in sui tutelam suscipiat,  
se suaq; omnia ordinis fore sub imperio et instituto. Jelgerus  
hac pietate motus, ipsum in sui defensionem admittit libe-  
raliter, et additis Canonicis duobus Ripperto Priore et Jelgero  
Sacellano ipsum dimittit ad nouum institutum ordinis  
Præmonstratensis in loco nouo, magis itaq; fit Sic homi-  
num priorum conflatus, magnoq; feruore prospere succedunt  
omnia. Gerbrandus Abbas Gerici ex primo accessu in  
omne

omne Jelgero facile concedit. Sijdaebus vero (instigante quo:<sup>21</sup>  
 dam Vivando in Oostergoa ante ingressum monasterium  
 quendam Decano) oblatam quondam a Gerico provinciam re:  
 petit nissosclam nuncio, ab Episcopo Monasteriensi Collatio:  
 nis litteras obtinet, epinde clam vocato ad se Gerico homine  
 inconstanti, largis promissionibus ipsum eo redcat ut palam  
 reiecto ordine Pramonstrateni in facie Ecclesia iuraret  
 se S. Bernardi institutum velle sequi. Hac eo tempore conti:  
 gere, quo Jelgerus Abbate Ottone Bilbeense defuncto, eo pro:  
 feculus novum ipsis designavit Abbatem Sigebodum, in eogs  
 itinere paululum deflectens Sacras in Rube Virgines, illas  
 praesertim ex Betbleem superstites salutat, quia ipsum abe:  
 untem fuisi persecuta sunt lacrymis. Gericus ad monaste:  
 rium rediens magnam in canobio seipna reperit, dum pluriqz  
 hunc reliqui vero Ripperium sequuntur. Jelgerus rediens eo  
 proficiscitur, rem omnem intelligit, et liberam dat omnibus  
 quod velint institutum sequi electionem, facta itaqz divi:  
 sione pars cum Gerico permanet, reliqui egressi in vico s:  
 Augustini ordinem sequunt Pramonstratensem. Claruit his  
 temporibus Buno vir nobilis et opulentus ex familia Hav:  
 tiana, hic celebem vitam duceus Gerici factum emulatus  
 novam a fundamentis Ecclesiam Havtiana kerck dictam erigit,  
 et monasticam affectans vitam Jelgerum accedit, animi sententiam  
 explicat. Jelgerus nihil cunctandum ratus conductis navibus  
 Hamburgo ligna adferri curat, quibus allatis monasterium ex  
 se nominatum Bunen closter sepulchrum s.<sup>ta</sup> Maria summo  
 favore s.<sup>ta</sup> Maria.

Buno Havtiana  
 fundator in  
 Bunen closter  
 olim Havtiana  
 Bunen closter  
 olim etiam sepulchru  
 s.<sup>ta</sup> Maria

22 favore erigitur, et Ecclesiam Hartiana-kerck dictam in monaste-  
rij usum convertit. Extructo monasterio decem ex Beethlem  
adducta virgines ordinis ibi institutum auspiciantur plerique  
genera nobiles. His Hillam Hildegardam Priorissam praeponit,  
haec Remponis et Javici soror declaratur. Javicus <sup>dux</sup> ducta  
Menoldi de Hantum <sup>dux</sup> filia, Siuch filius peperit, <sup>qui</sup> moriens  
hereditatem maternam patri reliquit. Javicus deinde Juno:

Junio Gervarda nis Gervarda filia ducta, amplam obolem procreavit, filias  
omnes, una Jida relicta Beethlem confert ut ordini subici-  
antur: Jida Sodomii in Brantam Nobili nupta, duas peperit  
filias, quarum una Sion altera Beethlem ingreditur. Paulo

Ayleff Regnada. post Jelgerus Sijt, filiam Aylusti Regnada viri nobilis, Prio-  
rissam illis constituit. Aylusti filij fuerunt Siuch et Vigor  
ambo in Horto <sup>Sanctae</sup> Mariae Canonici; horum frater vero  
Regnada liboris carens, amplam donationem librarum centibus  
terrae optima cum aliquot nummis monasterio Horti dono  
dedit. Praefati fratres Siuch Vigor et Vere unam relin-

Syardo Rombarda  
in Mavrum.

Sodo Markela.

quentes sororem, Reymu nomine, Syardo Rombarda nuptui dederunt,  
ve, castrum suum possidens in Mavrum <sup>dux</sup> filius; haec duas re-  
linquens filias, alteram Sodomii Markela, Renici Magni ex fi-  
lio Sodomii nepoti, in matrimonium dat; haec rursus duas  
procreavit filias, quarum una, Aeff nomine, nobili viro Rem-  
poni in Mavrum, altera Edoni Valtom de Vudada nupsit;  
Ex Aeff duas rursus procreantur Reymu et Beerutic, harum  
posterior in Beethlem vitae statum direxit. Altera ex Syardo  
et Reymu

et Reijnu filia Siun nomine, nupsit Mennoni de Blyan<sup>sancta</sup> Tzianda  
 Gorum quoque duae filiae Reijnu et Lioets Beetbleem ingrediuntur.  
 Jelgero Abbati cum Praeposito Scbiluolensi de Jurisdictione Ec-  
 clesiastica incidit quaestio. Praeposito dicenti monasterium Scbil-  
 uoldense ex corpore Floridi Horti creatum, merito debere subijci  
 Abbati in Vollenivum. Jelgerus in Capitulo Generali motam  
 quaestionem proponit, tandem causa longius discussa, facto de-  
 creto, Jelgero tanquam omnium Monasteriarum Frisia Gronin-  
 ganarum ditionis, primario, totum ius conferitur. Quod aequè ad-  
 modum Praepositus Hardevicus concedens tandem Mincothe Floridi  
 Horti Abbate intercedente res componitur. Insuper ab isto Harde-  
 rico fundatum monasterium S<sup>an</sup> Virginium, inter villas Vijnscot-  
 ten et Vesterlec, regione admodum sterili et infacunda dioecae-  
 sis opnavingenfis, collocatis ad eratum divinum Virginibus sa-  
 cris, quibus Priorissam constituit Edclindam matronam nobi-  
 lem materteram suam, et Praepositum illis primum designat  
 Luduavdum; monasterio nomen indidit Heyligerloe. Defuncta  
 Edclinda alteram substituit Sibriqam Vibvanda de Miduolda  
 Bonorum utriusque monasterij divisione facta, ita ut omnes  
 aghi in Broeck et parte orientali Finelgonia, essent ditionis  
 Heyligerloe; reliqui autem aghi ab occidentali Finelgonia Scbil-  
 uoldensis canoni. Jelgerus demum sua administrationis 18<sup>mo</sup>  
 Redempti orbis 1259 in homino moritur, et ante gradus Praes-  
 biterij sepultus diem homini extremum praestolatur.

Theodoric:

Heyligerloe fun-  
datur.

## Theodoricus Abb. 9

Theodoricus Abbas illi successit communi suffragio omnium electus; hic nullo memorabili facto decoratus scriptorum iniuria, silentio preteritus; moritus sua dignitatis anno decimo septimo, 15 Kalen. Februar. An. salutis 1275.

## Bauko Abb. 10.

Bauko baculo decoratus Pastoralis pro Abbate agnositus, qui postquam septennium in Praesulatu transigisset, mortuus est. Anno redempti orbis 1280. 19 Kalen. Januarij.

## Valto Sebeltinga. Abb. 11.

Valto Sebeltinga in Pago Minnesyga natus, Baukoni communi suffragio succedit, frater Theodorici Abbatis praedicti, amul praetate insignes, quorum prudentia ad monasterij veteris publice profectum multa noscuntur praestita. Hic aliquando ex capitulo generali rediens Mencone Abbate Floridi Sorti comite sene admodum et docto, electioni in Lidlum praeficit. Anno sui officij 25 moritus, salutis anno 1306. Nonis Martij.

## Sibrandus Abbas 12.

Sibrandus eius nominis secundus, annis 14 in administratione fideliter actis, moritus in Domino: salutis Anno 1313. tertio nonas Septembris; hic septennio <sup>tante</sup> praefuisse perhibetur, quod et annorum a natali Domini numerus facile indicat.

## Poptetus Abbas 13

Poptetus succedens, annis 16 summa laude Praefecturam administrat: fato tandem concessit Anno virginici partus 1329 13 Kalen. Novembris.

<sup>2<sup>us</sup></sup> Jelgerus Abbas 14.

Jelgerus Abbas Suius nominis secundus Poppo siue Popteto  
succedens, veram sectatur pietatem: Sic iniquo succumbens  
calamo nullo iniqui merito, quibus procul dubio plurimum eni-  
tuit decoratus. Anno sancti ministerij 14 in Domino moriens  
animam reddidit suo creatori; salutis 1344. 4 Idus Octobris.

<sup>2<sup>us</sup></sup> Valto Abbas 15.

Valtelus Suius nominis secundus succedens, suo gregei tanquam  
fidelis Pastor praest, multa incommoda et damna perpe-  
summa tulit patientia. Incidit Suius Abbatis temporibus cum  
entum Frisonum cum Hollandis bellum. Vilhelmus Hol-  
Comes, Frisonum invidens libertati, quam certis litteris à Carolo  
Magno Imperatore concessam obtinuerant Sactenus, gravio: Origo belli  
vibus illos studet onerare exactionibus; quod dum impie molitur  
Frisios graviter offendit, atque ad arma sumenda collecto ingenti  
exercitu illos adiit. Frisiam itaque valde manu ingressus, non Bellum.  
servato ordine bellum gerit, Hac illac dispersi Cortes prada:  
bundi, passim ab latente in arundinetis Frisio intercipiuntur:  
idipsum tentantes quoque in pago Verraga loco palustris et Verraga olim  
arundine obsito, magnam militum manum amittunt, Frisio Raenunier.  
strenue pro avis focisque dimicantibus; unde et pago inditum  
nomen, Verraga, Hoc est pagus fortiter semper defendentium,  
cum antea, Raenunier, dicebatur, locus victoria dicatur  
etiamnum Palnavia nomen retinet. Repulsi tandem Stavriam  
vsqz procedunt, ubi simul utroque collecto exercitu cruentum  
initur

Nota 26  
Facta est hac strages prope stauriam 26 septemb. An. 1345  
in profecto Casim.  
et Damiani mar  
Equum.

Sepultus in Floris  
do Hovto.

Vuoperus Sabori citur, ut ipsos hostes fuga adornatos, collo tenuis in mari secuti  
ta lib. 3 cap. 4 dicit  
occisa esse in eo con  
flictu 18 milia  
Sominum.

tamen iniuncta audacia sic premitur et coarctatur, ut ad in-  
ternecionem totus propemodum deleretur exereitus: ipse etiam

Comes cum reliquis tribus et septingentis militibus in eo  
conflictu ceciderunt; tantusque Frisiorum furor extitisse di-

gnoscitur, ut ipsos hostes fuga adornatos, collo tenuis in mari secuti  
ta lib. 3 cap. 4 dicit  
occisa esse in eo con  
flictu 18 milia  
Sominum.  
publicata, avario suo iussit inferri. Insulam Marken suis  
occupans satellitibus monachos in mari proceros submersi prae-  
cipit, ad incendia: sic ut memorata clade monasterio multu  
damni sit datum. Vita terminum hic Valterus demum adeptus  
Dno natura debitum solvit, officij anno 5, a nato Christo  
1350 Kalend. Maij.

Verp Tzyarda. Abb. 16.

Vilko Verp nobili de Tzyerda familia, natus in pago Hal-  
lomensis, triennio saltem praest, vita innocentia clarus obiit  
Anno Dni 1343 Idibus Augusti.

Fredericus Abb. 17.

Fredericus Duius nominis secundus annis viginti praest,  
moritur Anno salutis 1374. 3 Kalen. Junij.

Hesselus Abbas 18.

Hesselus summa virtutum opinione praest annis undecim,  
moritur Anno 1385. 5 Kalen. Aprilis.

Gerbrandus Abbas 19.

Gerbrandus Abbatis dignitatem adeptus, optine rem fidei sua  
concreditam dispensat; qui anno dispensationis sua nono, Gomi-  
nem ex-

Gominem exiit. Anno salutis 1394. 6 Kalen. Junij.

27

Vyardus Abbas 20.

Vyardus 20 Abbas, totidem annis summa laude praest; in  
Suo. moriens, promerente ipsius Vitute in medio chori se-  
peltur An: 1418. 5 Kalen. Decemb.

Lindulphus Abbas 21.

Lindulphus Lialoff Abbatis infula decoratus, sui propositi  
hij et optimi impotens, carnis resolutione praeventus, trans:  
fertur ex hoc ergastulo ad quietem animarum pie morien-  
tium, vnius saltem anni percursu in dignitate spatio Anno  
Dni. 1420.

Vibrandus Abbas 22.

Vibrandus peracto in Pontificatu septennio, sua pertectus  
Praefectura, certo consilio ordinis mutationem meditatus,  
candidum Sabitum exiit, et Canonorum assumpsit ordine  
Regulavium Anno 1427.

Triallingius Abbas 23.

Triallingius huic suffectus, oneris intermissi curam in  
se recipit, summo studio monasterij praedia ampliare stu-  
det, quod dum feliciter praestat, veneranda meruit a Deo  
canicie decorari. In Domino moriens, ingens sui deside-  
rium posteris reliquit. Obijt Anno 1462. Et Viandi sepul-  
ta illatus quiescit.

Vilhelmus Abbas 24.

Vilhelmus Abbas Virginum in Merna ditionis Esroningen-  
sis, communi suffragio Abbati Triallingo succedit. Hic exaeto  
decennio

decennio, de agris monasterij amplificandis, litteras emptionis  
 Insulae Marken altius scrutatur, adhibitoque fructuum omnium  
 consilio, ipsam recuperare decernit; agrorum itaque oppignoratio-  
 ne, ingenti pecuniarum copia comparata, Bruxellam Belgio:  
 Abbas in ius procedit Bruxellam  
 Insula Curiam primariam adit, communicatoque cum viris iuris  
 utriusque prudentia claris consilio, actionem instituit, curarum  
 per apparitorem vocari Insulae Garvedes omnes; magni sunt  
 apparatus summo ad utraque parte iuris processu, Latina et  
 Carolus Bur-  
 gundus. Gallica lingua agitatur ipso Carolo Burgundia sua presente:  
 tandem post longam contentionem tueri velint precipitur.  
 Insula possessores de amissione futura subdoyati, summo  
 astu sem tractant: simulant itaque pacificationem, quam  
 quibusvis etiam cum Abbate conditionibus inire praeferunt  
 ut hoc verborum lenocinio ipsum se in suam rursam pertra-  
 hant; ad convivium itaque vocatum, honorifice excipiunt,  
 et splendide tractant: quibus Abbas longae absentia et sumptuum  
 periculum ludens obsequitur; fit larga potatio in multam noctem  
 interim ipsius famulum dato auxilio corrumpunt, aperthos  
 claustris, induti et instructi omnium rerum litteris solo famulo  
 concreditis, eadem recludunt et abeunt. Abbas domum deductus,  
 de fraude ignarus in utramque aurem secure dormit, postvidi  
 summo mane quaesitus famulus, nusquam apparet, reservataque  
 cista litterae ablata nusquam <sup>reperiuntur</sup> appaerent. Abbas vehementer con-  
 tristatus a lacrymis non temperavit, et quo se verat provisus ignarus,  
 ipsi Duci Carolo fit obviam: interrogatusque de processu, iam  
 Hesternae fraudis ex iudicio gnarus, nihil respondet: cui  
 Carolus

29

Carolus: o potator potator ut potasti seclus. Abbas collectis  
reclis re infecta domum revertit et Anno sua dignitatis 23  
moritur: salubris Anno 1485.

Jako Aebinga. Abb. 25.

Hic generosis natus parentibus, summam in sui administrati-  
one officii probitatem et industriadam exercuit, religionis splendo-  
rem ex illata reformatione, mirè auxit: in exterranarum adin-  
quaque reparationem, antecedentis Abbatis seordia collapsam  
suam operam adhibuit, et pristino splendori reddidit. In causis  
simili statu cum prioribus relictis, ut et in pradijs abaliena-  
tis, et de recuperatis ~~reclis~~ vniuersum, ampliandis, ingens studium  
addidit. Nouas coloniarum in Baccaseen ades struxit: inter re-  
liquos demum Frisia Abbates conspicuus, quatuorvltis causis ad-  
hibitus, suum quandoq; maturum intercessit iudicium. Apertis  
Praefectura tempore ob seisma Frisia nocentissimum struxit  
grauorum et Vercoperanorum, dum mutua laniena, eade, furo,  
rapina tota et incendijs tota turbaretur respublica, quo validius  
Groninganorum in Frisia foret imperium, cum ceteris Abbati-  
bus Hermanno in Flossuirt, Joanne in Doekum, et Wilhelmo pasto-  
re Groningensi deputatis ad Caesariam Maiestatem pro-  
fectus, litteras aurato sigillo munus impetrant, quibus totius  
Frisia defensionem et patrocinium Senatui committitur Gronin-  
gano. His vix obtentis, Imperium paulo post Alberto cessit  
Saxoni, quo cum Suro Jakoni de quibusdam agris summa  
fuit contentio. Georgius Saxo Anno post 1505 Biltam  
mavis

30  
maris alluvione accretam vno aggere marino simul circum-  
ducere, ad prohibendas maris salis inundationes decrevit:  
quò facto Frisjs omnibus littori proximis, et præsertim Sui-  
monasterio, cui pascendi pecoris latissima ad occidentem pa-  
tebat possessio, Summa Adimitivè potestas. Videns igitur Dns.  
Tako rem sibi esse cum ipso Principe, indoluit valde, et quum  
videret nulla arte quod amiserat posse recuperari, tedio marove  
confectus, accedente ~~senio~~ senio de abdicando se munere cogitat,  
misit itaq; clam Gramonsvatum nuncio, manumissionem impetrat  
et accersito Abbate Lidlomeni S. Petro Valch, Joanne Sui-  
lando Abbate in Socum, caterisque in eadem Capitulari collectis,  
quid futurum esset ignorantibus, habita longa oratione animi  
sui sententiam explicat. Cenobita absolutionem nullo modo ad-  
missuros se aiunt, tali nolle orbari plastro fatentur. Tako dis-  
auditis, litteras Præmonstrato missas profert, unde orto omnium  
fletu graviter dolent, et Abbati Lidlomeni velut omnium rerum  
conscio infensi, sese vix a furore revolvunt. Absolutus igitur  
Anno Præfectura 21, salutis Anno 6 post mille. quingentesi:  
biennio adhuc illuc peracto, clam semet subducit Lidlom mi-  
grans, ibi tandem Anno 1512, Kalen. Augusti peste correptus  
in Bonino moritur et ad pedes Eoloci Abbatis <sup>scilicet</sup> Sepultus, la-  
pide lectus quiescit. Paulus Abbas 26.

Venerabili vivo Dno Takone recedente, presente Dno Petro  
Valch Abbate Lidlomeni collectis suffragis Dns Paulus Boetabolt  
Abbas

Abbas proclamatur, sic ab ipsa electione officii sui memor,  
 Takonis vestigia virtutum exemplis sectatur, monasterii do-  
 mos ruinam imminuentes, sensim restaurat; templum maius  
 integro tecto et turri ex ligno et pelvis summo precio com-  
 paratis reficit; novum organum insigni monasterio infert,  
 Eschemosinarum largus distributor existens, plurimorum pau-  
 perum necessitati subuenit, unde et pauperum pater frequenter  
 est appellatus. Divinis rebus intentus, summa pietate sacris sine  
 intermissione die nocturnis interfuit, de ordinis disciplina nihil  
 remittens, cum reliquis fratribus lanicis indutis, culcitra, stru-  
 gulis quoque isdem usus est; in cibo et potu frugalis et sobri-  
 us, magna vitium parcimonia, vno famulo contentus, splendo-  
 rem respuit, sic ut insigni virtutum cumulo ornatus, magnam  
 sui expectationem omnibus reliquerit. Cum Vilhelmo Roggen-  
 dorpio Gubernatore Saxonico in partibus Frisia actam colens  
 necessitudinem, monasterii nona terrae praedia in Bilta, alto  
 maris recessu observato, positus in mari terminis ex sententia  
 plurimum dilatavit: morbo ex inde fatali correptus sua ad-  
 ministrationis Anno 27. Idibus Decemb. pie moritur. Anno  
 redempti orbis 1533. Petrus Venlo Abbas 27.

Monastici omnes Horti S<sup>ae</sup> virginis obitu piissimi viri prater  
 modum tristes, vocato venerabili viro D<sup>no</sup> Joanne Koppel  
 Abbate Lidlomenfi, de novo Pastore eligendo solliciti sunt: ad dictam  
 itaq; horam in ade capitulari collecti, novam instituerunt electi-  
 onem, invocataq; sacri Flamini gratia iugenti concordia D<sup>ni</sup>.  
 Petrum Venlo electum Abbatem salutant. Hic omni virtutum  
 tramite incedens Pauli vestigia sedulo sectatur, adibus monasterii  
 a praede

32 à prædecessoribus Johanne et Paulo fortiter restauratis, hanc  
magnam huic labori impendit operam. Anno demum præfectura  
septimo collectis omnibus in dno. meritum, et in choro meritis  
exigentibus sollicitè tumulatus. Anno pacis salutis 1540  
quarta Idum februar.

Joannes Hasselt. Abbas 28.

Joannes Hasseltus genere nobilis, varijs virtutum exemplis  
antecedentium prælatorum vestigia sectatus, honestè præest.  
Postmodum corrupti seculi vitijs infectus à pietatis et ordinis  
tranquillitate paululum defectens, genio plus satis indulgit: aulico  
vnum enim quorundam nobilium prodigiorum luxum imitatus, om-  
nia splendida, lauta, et vinosa adæmienti hospiti proponit; unde et  
ipsi plurimum favoris et studij à præfatis accepit: at tamen de-  
cori studens honorificus et magnanimus quæta et heroicis  
semper existit, benevolus etiam et gratus, suorumque fratrum  
amantissimus; quorum etiam in re honesta utilitati plurimum  
studuit. Reginam Mariam Caroli Casaris sororem susceperunt  
Frisiam ditionis fraternæ Anno 1545 exquisita morum civi:  
tate dato epulo admodum splendido præfatis dno Georgio Egmo.  
dano Episcopo Traiectensi, et dno Maximiliano Comite Burano  
Frisia defensore hospitio excipit. In domino tandem moriens Anno  
sancti marci 8, salutis 1548 in profesto septem fratrum  
dormient. in choro sepelitur, successori aureorum milia debitorum  
relinquens: magno emptæ civilitas.

Georgius ab  
Egmonda Epus  
Traiecten.

Hendricus Smeek. Abbas 29.

Venerabili Patre dno Joanne terra commendato, accedit Pater  
Godefridus Zuollensis Abbas in Lidom, hic consultis fratribus  
ad novam electionem illos hortatur, quia decreta, domum ingredi-

diuntur capitularem, ibidemq; <sup>33</sup> ~~his~~ Martinus collaris suffragis ~~his~~  
 Hendricus Voluega, Prior, Abbas declavatur; fit ingens gaudium  
 ob semel ex proprio corpore creatum caput, qui reliqua totius  
 corporis membra prudenter regere posset. At gaudium illud non  
 fuit diuturnum, ipse nempe degenerans et canobio et ipsimet  
 summum luctum parit, multorum enim onere debitorum mo-  
 nasterium gravatum, hic additis maioribus insuper in manus  
 discrimen adduxit, qui nec Pauli pietatem nec Joannis auli-  
 cam vitam imitari poterit, solus insuper et negligens, tametsi  
 affabilis, comis, et blandus, multas res bene gerenda occasiones  
 praeimit, nec unquam de subducenda ratione meditans, multam  
 ex aere alieno sibi molestiam comparabat, prioribus debitis plura  
 addens, tandem vnde emerget irruentibus simul in ipsum credi-  
 toribus non videt. Ad hoc Curia Leonardiana frequenti debitorum  
 interpellatione laessita, alius rem meditari occipit, Abbate itaq;  
 Lidlomensis, cui ex indicio constabat, eorum vocato, quid fieri de-  
 beat, matura deliberatione decernitur, hinc res tota committi-  
 tur; ille petito Commissario rerum omnium teste, eo proficisci-  
 tur: Petrus itaq; Dekama acer et vigilans illi Comes constitui-  
 tur. Hi benigne ab Henrico rerum omnium inscio excepti, cau-  
 sam aduentus explicant; omnium reddituum ab inito dignitatis  
 gradum exactam rationem postulant. Ille muncio tam inopinato  
 suspensus, utpote qui Isbrando Abbati Lidlomensis multum ob merita  
 ipsi quandoq; praestita plurimum fidebat, quid respondeat in pra-  
 senti non sabin. Tandem impetrato trium hebdomadarum spa-  
 cio, omnium rationem exactam computatione sese facturum pro-  
 mittit. Petrus Dekama acrioribus eum verbis adortus graviter  
 a prodiga.

à prodigalitate, securitate, et fada administratione illum cor-  
 rigit. Isbrandus re cum Petro communicata secum perpendens  
 quo in statu Henricus foret, et quod dignitate maior Patris  
 Abbatis titulo præemineret, clam celeri misso steenfeldiam  
 nuncio à Jacobo Pansufo, viro docto et probò, mihiq; scribenti  
 notissimo, litteras impetrat, quibus plenam huius Brei causam  
 discutendam summam prudentia ille committit, Exactis inducis  
 Isbrandus Petro comite accessito, et Dño Henrico Keshelo Abba-  
 te Doccumano ad Hortum S. Virginis properant, steenfeldia-  
 nas litteras Henrico prælegit, rationes, omnes exigens, occultam  
 pecuniarum copiam, ut pleriq; suspicabantur, proferri postulât.  
 Harum omnium quum nihil adduceretur, nec vlla correctionis  
 spes appaveret, in communi omnium fratrum conventu Hendri-  
 cus tanquam Ecclesiasticorum honorum bellus, prodigus, et disipa-  
 tor, Praefectura indignus, officio privatus, prætereâ carceris quat-  
 lovi mancipatus non definito termino miserè clauditur; in quo  
 hævens diutius, antè obitum triduo liberatus, moritur circa  
 festum Purificationis. Acta sunt hæc Anno Domini 1556 in Au-  
 tumno.

Godefridus Abbas 30.

Henrico incarcerationato Godefridus Buscoduncensis, sepulchri S.æ  
 Mariae in Bunnklooster Praepositus, communi electione Henrico  
 succedit, vir consilio maturus, sobrius et parcus; quibus ad Prae-  
 fecturam consequendam ingentem sibi spem reliquit. Hic summo  
 studio agros ære alieno oppignoratos, ne iure quinquenniali perpe-  
 tuo ab alienarentur, collecta pecunia redemit, debitorum summa  
 pulsu timpana collecta, nihillet satisfacere satagebat: sed gravi  
 oculorum vitio laborans alienorum adminiculo gravitate cogitur  
 quod

quod ipsius multo commodius prestari potuisset. Parentum suorum  
 amantissimus, utrumque in monasterio servavit, monasterium dam-  
 num sua reparans vigilantia. Octiduum tandem morbo ingra-  
 vescente Anno Praefectura 12 collectis omnibus, ab Isbrando  
 Tidlunensi, mutuum illi operam prestante, absolutionem impetrat  
 dato salario annuo honorifico, assignatisque colonis, officio cedit, An.  
 1569 aulam relinquens, seorsim extructo cubili vno famulo  
 contentus vivit, quousque Leonardiam migrans ab omni officio bi-  
 uino exoneratus sibi vivit.

Regnerus Asperen Abb. 31.

Hic in administratione Regnerus in Bünenkloster Propositus  
 succedit, qui confirmatus non consecratus, temporis <sup>emissio</sup> brevitatem  
 praesentis, ab Episcopo Leonardensi primo, Leonardiam ad no-  
 vum Canonorum collegium ex diplomate Pontificio translatus  
 ampliori salario praeteris suis fratribus canonicis vivit  
 splendide. Mortuus est hic Abbas Regnerus Anno 1594 circa  
 festum Pascha in summa miseria et paupertate. Finis.



DE FUNDATIONE MONASTERII LIDLUMENSIS seu Vallis S<sup>ta</sup> Mariae dicti.

Sibodus Lidlum

Vixit in Frisia occidentalis Vestergoa inter utrumque pagum  
 Tiedmarum et oesterbyerum loco Decano Germanico admodum  
 propinquo Lidlum nominato, Sibo vir diuitijs abundans et ce-  
 lbs, Sic animi feruore motus, spiritum ipsum urgente, posthabitis  
 saeculi diuitijs, se suaq; omnia deo optimo Principi dedica-  
 re statuit; Ex ade<sup>igitur</sup> propria Ecclesiam erigens, cum exstruen-  
 do monasterio viribus impar videretur, sua sententia viru  
 asequitur Trallingum Douya de Bonnetore ex Vinsem; Sifi:  
 mul eodem zelo accensi exstructo canobio, ordinem eo tem-  
 pore celebriorem illisq; propinquum Canonicozum Regulariu  
 affectant: Si atra veste induti, monasticam moderata austeri-  
 tatis irreformatum profitebantur. Sibo dum Gerbrandum in  
 Luidingakerch Abbatem accedens sui tutelam impetrat, datq;  
 illi primo Praeposito dno. Lamberto sui collegij fratre mo-  
 nasticam vitam cum socio auspiciatur. Interea temporis mo-  
 nasterium Horti S<sup>tae</sup> Virginis ordinis Praemonstratensis  
 in Frisia tunc orientali Oostergoa a dno. Frederico viro pijs-  
 simo inchoatum, ab Eufeto successore, summa prudentia promo-  
 netur: hic enim religionis vigorem, vitamq; duram ac stre-  
 nuam iuxta ordinis statuta cum suis omnibus prosequens  
 multorum animos ad ipsius imitandum exemplar commouit

Fundatio monas-  
 terij Lidlumen-  
 sis seu Vallis S<sup>tae</sup> Mari-  
 ae  
 Trallingus  
 Douya

ut de

38 ut de Renico, Vibrando, et Goslico viris bellicosissimis in vita  
Frederici præfati sumus. Horum exemplum Sibo emulatus  
sui comitis Triallingii consilio fretus vitam Canonicorum  
Regulavium, et institutum lapsum esse conspiciens, actam  
magis ac rigidam appetit, ex ordinis igitur Præmonstra-  
tensis <sup>iam</sup> primum incepti instituto delectatus, venerabilem pa-  
trem Dnm. Entonem, Horti Sæ Virginis Abbatem accedit  
et salutatur, à quo animi sui explicitata sententia reiecto Ca-  
nonicorum Lindinakerch instituto et patrocinio, vita  
candidioris normam flagitat. Ento ego omnibus modis ve-  
ligionis Præmonstratensis profectum promoveri studens, facile  
obsequitur; illum itaque cum suis in communem societatem  
recipit, ex utraque veste palli candidam induit, habitaque cum  
suis deliberatione, primum illi Jelmavum Abbatem designat.  
Prima igitur veteris Vallis Sæ Virginis fundatio in annum  
incidit incarnationis Dominica 1182

Sibo collegium  
suum mutat.

Jelmavus Abbas J.  
Jelmavus Entonis Abbatis mandatù Lidlom cum Sibodo  
properans, magno studio et labore monasterij ades necessa-  
ritas struit; religionem Præmonstratensem ordinat ex utroque  
separatim, ingentem ad se confluentem turbam recipit, multos eti-  
am vitam probitate ab inani huius sæculi pompa auertens,  
sumpta veste candida ordinis splendorem imitari docet. Fre-  
derici exemplum sectatus ne quod turpis sinistraque suspicio-  
nis in sacro suo oriretur collegio, novum monasterium ad-  
ficare statuit longius à suo disitum. Ulbodi <sup>igitur</sup> viri pi et Simke  
matrona

matrona divitis et nobilis adiutus praesidio Anno 1185 in Bai-  
 um Ecclesiam erigit, quam ab erecto colle montem s<sup>ti</sup> Micha-  
 elis dicit voluit. P<sup>ri</sup>us igitur intentus operibus, deficientibus vi-  
 ribus, molestiarum satius, vitam tranquillam, et ab omni tur-  
 bavum strepitu remotam Praefectura sua praeferebat necdum ab-  
 bas consecratus Anno officij sui Decimo ad veterem nidum  
 rediit; salutis An<sup>o</sup> 1192.

Mons s<sup>ti</sup> Mi-  
 chaelis in Bai-  
 om, fundatus

**Tziallingus Abb. 2.**

Lidlomenfes accepit D<sup>no</sup> Joanne Patve Abb. communi  
 suffragio ex suis electum Dominum Tziallingum magni  
 iudicij virum, et nobili familia Juninga procreatum Jel-  
 mavo substitutum: hic pro suis viribus a Patre Abbate con-  
 firmatus ac nunquam consecratus, sumptuum forsitan magni-  
 tudine veritus monasterij incrementa quantum potuit auxit,  
 senio morboq; tandem confectus anno ab incepto munere 7  
 vocato Patre Abbate D<sup>no</sup> Syardo, collectis in aede capitulari  
 omnibus absolutionem impetrat, et paulo post moriens in ipsa  
 Valle sepelitur Anno redempti orbis 1199.

**Meynso Abb. 3.**

D. Tziallingo praefectura soluto accedente auctoritate D<sup>ni</sup>. Syar-  
 di Patris Abbatis et invocata Spiritus Sancti gratia, communi voto  
 D<sup>ni</sup>. Meynsenem monasterij Horti s<sup>ae</sup> Virginis Canonicum eligit  
 virum industrium, rei q; administranda idoneum. hic Jelmavi Meyse absoluit  
 vestigia secutus Anno dignitatis sexto nec ipse consecratus re-  
 siquato munere ad Hortum s<sup>ae</sup> Virginis rediit Anno salutis 1204.

**Syardus Abb. 4.**

Venerabilis D<sup>ns</sup>. Syardus Abbas Horti s<sup>ae</sup> Mariae D<sup>no</sup> Meynsone  
 absoluto, de novo Abbate substituendo sollicitus Lidlom praefectus  
 nonam

4<sup>o</sup> novam electionem incendam proponit: Improvata itaq; nimis:  
nis caelestis gratia uno ore Ep proprio sodalibus S<sup>ni</sup> Syardum  
Abbatem nominant: Sic à S<sup>no</sup> Syardo Abbate Horti confirmatus  
omnium Abbatum primus Traiectum petiit, ibidemq; baculo pas-  
torali insignitus post consecrationem rediit. Erat Syardus ge-  
nere Nobilis in Beynum familia Syardina natus, ab infan-  
te aetate pietati litterisq; deditus, accepto sacerdotio Ecclesia Sep-  
timanā Pastor constituitur, ordinis deinde Præmonstratensis  
sanctitate motus Lidlomenk monasterium ingreditur ibidemq;  
exposito habitu saeculari candidum refert: Ordini iustus pluri-  
mum profecit, Abbas designatus de maris inundantis inveni-  
bili Damno frequenter affligitur, unde et monasterium littori  
propinquum alio transferre meditatur: at nimio senio gravatus  
quod factum operosum et difficile fore prospicere distulit. Se-  
cū demum cogitans, vocato Patre Abbate S<sup>no</sup>. Sibvando in-  
stantibus votis Anno Praefectura 28 voluntarie exautoratur,  
abiens, Tallom in pago Spannomensi pro vita sustentatione  
obtinet: Sic sibi et S<sup>eo</sup> vacans moritur, cuius Cadaver ævis  
intemperie impeditum in Baiom sepelitur Anno 1232

Sibodus Abbas S.

Cedente officio S<sup>i</sup>. Syardo, Sibvodus Abbas Horti S<sup>ae</sup> Mariae, de  
electione noni suum addens iudicium, communi voto Sibodus  
Demita Abbas designatus à Patre Abbate confirmatur. Traiec-  
tum dein profectus ab Episcopo consecratur, ac rediens statim de  
monasterio transferendo communicato cum suis consilio medi-  
tatur, calce itaq; lignis, lapidibusq; comparatis antecessoris sui  
dii desi-

Deynom.  
Syardina.

Septiman.

Tallom.

diu desideratum opus aggreditur. Neque id temere, mare enim propi-  
 num frequentius semet faciendo delens, ipsos aggeres disiec-  
 tos transcendebat, suorum turbine totam terram falsedine cor-  
 rumpebat, unde et pecorum ingens iactura, et aqua recentis  
 summa penuria; difficultatem insuper in transferendo canobio  
 ipsi parabat. Sibodi primi fundatoris cognati, aiebant ex legiti-  
 ma Sibodi donatione canobium transferri, nec loco debere moveri:  
 At Hamen Borum spernens obsecrationes, suorum fretus consilio lo-  
 cum accedens praordinatum, eminentem, longinqua a mari disitum:  
 tum, ipso translationis S. Martini die, frumenta matura interiecta  
 falce demetit, et structura praeparat, reliqui summo ardore locatis  
 fundamentis aedes erigunt tanta celeritate. Abundante comier-  
 sorum numero, ut ante natalem B. Virginis imposito tecto avun-  
 dineo summum culmen adeptae sint; dein illa ad occidentem erecta  
 domus, quae a cubilibus fratrum concessorum dormitorium est  
 nuncupata. Firmatis Sis adibus accito venerat Pater Abbas S. S.  
 Sibodus, et primum in aede nova sacrum ipsa natalitatis Mariae  
 celebrat: verumtamen iniquam fratrum migrationem ad Pascha  
 propinuum differt: appetente vere opus inchoatum perfici, in-  
 crustatis parietibus politum reddit, cubilia praeparat, altare  
 summum in aede sacra erigit, caeteraque rei divinae necessaria  
 adornat; et tandem finito ieiunio quadragesimali ipso S. Sabba-  
 tido Pascha summo mane post actas scolasticas communi ques-  
 tu praecedente lumine, et cruce, et cereis sublatiisque sanctorum  
 reliquiis, nonum ingrediuntur monasterium Anno a funda-  
 tione q. veteris Vallis quinquagesimo secundo, redempti orbis  
 1234

42 | 1 2 3 4 : Gregorij 9 Pontifi. Maximi Anno 8. Sibodus nec suis con-  
tentus animam inuicta fortitudinis et prudentia maioribus adiecit  
aediſicis, erecta itaq; fornace ad lateres coquendos, et ad calcem com-  
parandam, templi fundamenta ponit. Anno tamen post noſtram mi-  
grationem octauo, aetate graueſcente viribus deſtitutus, illud ſucceſ-  
ſori explendum reliquit, morbo enim correptus in ipſo feſto ſan-  
cti Auguſtini diem claudit extremum; dignitatis Anno 19: Salutis 1252

### Vlodus Abbas 6.

Vita ſpatio a venerabili Dno. Sibodo tranſcurſo Pater Abbas  
Dns. Gelgerus de Gelgera ſuis, electioni noua preſidens Vlpium  
Ulodum collectis ſuffragiis Abbatem electum confirmat. Hic in  
paſſo Kimſunt natus, religionis amore captus, Lidlom in quodam  
qui ordinis rigorem ſummo ſtudio ſectatus, ad futuram diſciplinam  
fenestram aperuit. Abbas dein conſecratus, inchoato operi ſum-  
mo ardore inſtitit, fratrum conuulſorum praſidio adiutus. Ca-  
norum itaq; nouum aediſiciorum neceſſariorum numero utrimq;  
ornatum ab Epifcopo Traiectenſi conſecrari, et ab eodem Epifcopo  
Theodorico ſcilicet Veronenſi primo ſacro decorari curat. Labori-  
bus demum feſtus, de religionis mutatione cogitans, Praefectura  
ſeſe abdicat, et recedens Seraphicorum ſequens inſtitutum Domi-  
nicanus efficitur: Anno adminiſtrati officij 4: Salutis 1258.

Abbas Domini  
canus.

Baiom com-  
pletum

Virginum quoq; in Baiom canoniū ſuius tempore completum  
dicitur.

### Hoyto Abbas 7.

Lidlomenſes ſuo orlati Pastore Pat. Abbatis Gelgeri aduentum  
in toto mēſe expectant: hic enim alibi praefectus, magna  
aeris inclementia impeditus, longiorem moram trahere com-  
pellitur. Rediens tandem canonicarum Vallis S. Virginis voto  
ſatisfacere

Satisfacere volens, electioni nona interfuit, ubi divina fauente gratia magno animorum consensu dñs Hoytetus Abbas electus à Patre Abbate confirmatus. Hic ab ineunte ætate religioni deditus, reliquos suos domesticos admonitionibus ut idem prestarent, hortari non desistit. Quis tandem victis auctor fuit, ut sublata suppellectili (erant enim fortuna laeta) uterq; frater cum fratre unico Ulade, et duab; utraq; soror, quas in Bayom misit, Lidlom ingrederentur. Fuit Sic Hoyto Vinjomenfis arcta et longa statura, sic ut reliquis palma eminentior foret, venusta facie, barba subrubra, ingenio acuto, pius inflex et doctus. Ab inita Pontificatus dignitate nihil prius habuit, quam intermissum opus rursum aggredi: lapide itaq; delictus, conductis navibus, ex Bayomensi territorio collectos lateres colore flavo curat per conuersos adduci; ex mari etiam aduectis concidis, calcem proprio sumptu efficit: ligna quoque Hamburgo aduecta magno comparat. Incepto deiu operi quantum intentus, conuersos, sacerdotes, Laycos, quorum omnium ingens erat numerus cooperarios etiam adhibet: rotæ ad minicula usus, lateres ingenti labore in sublimè præcipit tolli, vnoq; ambitu totum templum cingi, ingentes parietes vno impetu ad summam altitudinem perducere evigil, atq; <sup>ita</sup> opus multorum annorum, breui temporis spacio perfectum, labore admodum duro et difficili perfecit, sic ut neq; hūmali tempore ab opere sit cessatum, ipsis Canonicis mituo in opere succedentibus. Sic ut cararum monasticum prorsus exbauiretur, vnde magna Abbatis economiatarumq; fructuum, ob temes præuentus sollicitudo. Hoyto dei fiducia

Bayom dat lapides Lidlomenfis.

Silobus nec...  
 videntia maioribus...  
 concordes, et ad...  
 tamen post...  
 bus deditus, illi...  
 vestis in...  
 Salus Anno 13...  
 vna...  
 confirmat...  
 Lidlom...  
 ad sum...  
 tus, in...  
 p...  
 m...  
 et ad e...  
 decurari...  
 cogitant, p...  
 mens ins...  
 4. Salus 123...  
 r...  
 latis...  
 i...  
 eram...  
 l...  
 l...

fiducia fultus, erectam mentem retinet, qua firmiter perseverans erectis ad summam parietibus, trabibus preparatis, factaque contignatione, ex abundantia totum imponit. Quo facto Abbas omni sollicitudine exoneratus cum reliquis fratribus gaudens

1250 die Natiuitatis S. Joannis Baptista Patroni Loci primum  
Primum sacrum in Ecclia Ledonessacrum in honorem S. Virginis et S. Joannis Baptista celebrat.

Templi structura absoluta, ulterius progrediens, Canonicoꝝ dormitorium iacto lapide ad summum fastigium erigit: sic ut monasterium trium adium insigni constaret ornatu. Ecclesiam porro innopem pede pastoralis, libris cantico Ecclesiasticis, coaptis, pectorali argenteo, addita ex serico cappa splendida ditat; pamentum quoque odori et sanctuarii lapillo cocto variis coloribus respersit et distincto decorat: et veteris denique Vallis ecclesiam, temporis iniuria collapsam ex integro restaurat. Anno Dni 1268 Edmundani Episcopi Trarcelensis Vicarius Curiam pro recuperanda terra sancta in Frisia predicans, precibus Hoytonis Abbatis, Ecclesiam novam S. Mariæ Magdalene, S. Virginis, et S. Joanni Baptista, in octava S. Mariæ Magdalene dedicat, postmodum ad utrumque latus duo altaria nova, triduo epinde, posterioris adis partis altaria omnia consecrat: dehinc antiquam Vallem, a novo restauratam S. Vasula cum sodalibus dedicat: die denique quarto, finito sacro, 17 monachos primis ordinibus initiatos, honestarum Sororum Ludolphus veteris historiarum collector unus existit) dato epinde honorifico salario dimittitur. Postea annua dedicationi tantus toto quadriduo hominum confluxus interfuit, ut Abbas postmodum clausis portis represso

45  
Canobij  
Fræncom in  
represso campanarum sonitu, velut silentio coactus sit celebrare  
festum. In pago Marsum villa Fræncom quoddam virginum pago Marsum.  
ordinis S<sup>i</sup> Benedicti extitit monasterium, Sa suo proprio D<sup>no</sup>  
Joanne Pastore Ecclesia in Marsum destituta, cuius auctori-  
tate sanq<sup>ue</sup> iudicio omnis administratio canobioi in tuto erat  
pauculum degenerare ceperunt, sic ut de religione ceterisq<sup>ue</sup>  
proventibus actum fuisset, ni mature ipsis foret consultum.  
D<sup>nm</sup> itaq<sup>ue</sup> Hoytetum virum doctum et p<sup>ri</sup>mi adu<sup>er</sup>ent, omniumq<sup>ue</sup>  
suorum curam atq<sup>ue</sup> tutelam ipsi deferunt. Hoytetus subito cum  
senioribus consilio de virginibus ceterisq<sup>ue</sup> recipiendis, cum pra-  
dij et suppellectili totaq<sup>ue</sup> possessione: et agris monasterij prof-  
piciens ex maris alluvione magnam quandoq<sup>ue</sup> novorum agrorum  
accessuram copiam, propine alluente sensim recedente actu, et  
Marsum inter atq<sup>ue</sup> Leonardiam aberecente; precibus illarum  
annuit. Anno igitur D<sup>ni</sup>. 1270 virgines et fratres numero  
quadraginta in Lidlum et Baium recipiuntur; relictiq<sup>ue</sup> q<sup>uor</sup>um  
opere agri et pascu<sup>a</sup> exerce<sup>re</sup> possint. Huius modo vix<sup>u</sup> vllum  
superest vestigium; sacelli <sup>tantu</sup> fundam<sup>en</sup>ta cum aliquot  
mortuorum cranis conspeximus A<sup>o</sup> 1575. Claruerunt  
hoc tempore doctrina praestantes viri D<sup>ni</sup>. Aesgo de Bosequum <sup>Bosum.</sup>  
et D<sup>ns</sup>. Syardus noticiorum praceptor, cuius industria viri  
instituti sunt doctrina insignes Dominus Tebardus Ecclesia  
Vinsmana Pastor et Archidiaconus Sareditavius: hic ordinis  
disciplina delectatus ad monasterium omnia confert et monasticen  
ipse proficitur

Menaldom. 46 ipse proficitur: Vibrandus Menaldommenfis Prioratu insignis,  
 et Gelardus monoculus ardens religionis sectator. Sacri huius  
 Collegij, doctorumque virorum praestantia bermoti plurimi, suas  
 Ecclesias cum omni iurisdictione ecclesiastica Lidlomenfi  
 conferunt monasterio. Ecclesia S. Nicolai Insula Sebeltingana  
 per aediles proprios Lidlomenfis pleno iure con-  
 fertur: Ecclesia S. Gertrudis in Lütkaunierum idem  
 praestat; Ecclesia in Aesterzee id ipsum praestat. Hoytetus  
 indefatigabili labore, studio, et industria ad extremum  
 vita diem utriusque monasterio de reficiendis aedibus insistens,  
 in Bayom Ecclesiam moto tecto arundineo, lapideum im-  
 ponit. Sub vesperum quiescentibus sub arbore fratribus  
 et colloquentibus, superveniens inquit, Ite cubitum ego  
 gallus vester vos excitabo diluculo: sed, ut sunt mortalium  
 omnia caduca, id minime successit, nam eadem nocte accuta  
 febre correptus, nono deinde die moritur; cuius lecto adstantes  
 virgines et fratres omnes edidere plangentium; et lectis postri-  
 die precibus funereis, cadaver in Lidlom delatum ipso die  
 S. Lamberti ad valvas sacrorum ipsum humarunt; Praefectum  
 anno 18, salutis 1275. Viv omnibus modis laudabilis,  
 cuius labore et industria pra caeteris summo opere Lidlomen-  
 se profecit monasterium, ut solus et fundator et auctor  
 merito diceretur. Suffridus Abb. 8.  
 Theodoricus Sebeltinga. Jam Abbas Horti S. Virginis Theodoricus Sebeltinga  
 capitulum

Ecclesia S. Nicolai  
 Insula Sebeltingana  
 Lütkaunierum  
 Aesterzee

Hoyto moritur.

Theodoricus Sebeltinga.

capitulum adierat generale, monastici itaq; ipsius veditu  
 frastolantur \*Lidlomenses; octo <sup>die</sup> hebdomadibus prateris  
 rediens S<sup>uo</sup>. Mincone Floridi Horti Abbate sibi adiuncto  
 Lidlom ingrediuntur, ibidemq; invocata prius Sp<sup>is</sup> gl<sup>ie</sup> gra:  
 tia comuniti electione S<sup>um</sup> Suffridum Abbatem designat,  
 qui a Patre Abbate confirmatus Traiectum proficiscitur,  
 ubi Abbatis inaugurationem consequitur. Hic in pago  
 Raererd natus familia Kvendree, ab ipsis vniuersis veru  
 religionis amorem in pectore gerit; quo pratermodum infla:  
 matu's sumpta familia omni monasterium ingreditur, or:  
 dinis obedientia semet subiciens, in eoq; consentit; sic ut  
 duplii honore dignus, et canicie reuerenda, et Abbatis de:  
 coraretur insignis: summam annonae caritatem suis bene:  
 ficentia donis, ~~et~~ elemosinis et pauperum respectu pensavit;  
 aegritudines et morbos fratrum lettales, sua manu medica  
 plurimum fouit: Suis ornatus virtutibus impiorum domi:  
 num fratrumq; suorum inuidiam prater meritum susci:  
 nere coigitur, quos et vita innocentia et mente recti  
 conscia facile superauit. Aedificiorum structura intentus  
 in monte S<sup>ti</sup> Michaelis ad orientalem plagam domum ma:  
 iorem templo contiguam honesta femina Ida Priorissa  
 opera adiutus, ad summum culmen produxit. Ecclesia  
 quoque in Sanduynch Hollandica ditionis nostra Lidlo:  
 mensi Ecclesia confertur. Claruit his temporibus Geldaw:  
 dus quindecim annorum Prior. Abbas demum diuitibus morbo  
 victus

Kvendree fami:  
 lia in Raerd.

48  
victus, diem sibi sentiens imminere extremum, ad ipsam Ca:  
nonicomium do: nonicomium voluit differri nonicomium, ibidemque paulo post com:  
nus infirmum. plicatis manibus animam Deo commendans moritur. An. officij  
sui 8. A nato Eristo 1283 pridie S<sup>a</sup> Gertrudis Virginis,  
et S<sup>no</sup> Sibodo sepeliendus iungitur.

Ulpius Abbas 9<sup>o</sup>.

Abbas Horti Valtro de obitu p<sup>ri</sup> Patris Suffridi certior factus  
Lidlam veniens ipso die S<sup>a</sup> Gertrudis rei funerea praesert, qui:  
bus ex more peractis, accessit omnibus ad eam ingrediuntur  
Capitularem, Sabitaq<sup>ue</sup> oratione funelri, conventuales ad novam  
electionem incundam sedulo sortatur. Collatis itaq<sup>ue</sup> ex more  
suffragijs summa animorum concordia S<sup>us</sup>. Ulpius Vinseminus  
Horteti defuncti frater Abbas declaratur, statura corporis fra:  
tri similis, probitate consilio et doctrina nemini secundus. De  
Cenobij aedibus decorandi cura sollicitus, meridionalem domum,  
Conversorum refectorium dictum, a fundamentis, substructo  
insigni hypogio erexit; ambitum monasterij quadrangularem  
reddidit; calices etiam duos argenteos fieri procuravit, quo:  
rum alterum Lidlomeni, alterum in Bayom monasterijs dono  
dedit. Sub hoc Abbate Anno Virginij partus 1287 postridie S<sup>a</sup>  
Vorperus Taborita Barbara sub noctis medium incidit memorabile et triste illud  
lib. 3 cap. 33. Diluvium magnu. collecta aquarum ad aggeres quassandos ingenti copia, uno tan:  
dem impetu disrumpens totam Frisiam inundando operuit; in:  
gens hinc pecorum iactura, hominum quoq<sup>ue</sup> perentium in:  
Tinitus fuit numerus, sic ut in maritimis locis vix eladis tanta  
nunciis

mincius superfuerit: miserandum spectaculum hominibus orem  
 implorantibus in ipsis aquarum vorticibus prasidio esse non  
 posse, tanta enim aquarum fuit violentia, vt etiam castra Castra ex tū:  
mūlis turbata.  
 tumulis disiecta ~~sunt~~, prorsus annūlla et disiecta fuerint, lapi:  
 dorum quoq; murorum vastissima moles funditus diruta Stinsen: vulgo  
Sede Viven.  
 desiderabantur. Ex Lidlomenfibus quādraginta duo qui partim  
 in Veteri Valle partim in <sup>Colde</sup> Coldeel evant interierunt: eandem Coldeel  
 maris rabiem experti sunt quotquot oceano frēve proximi  
 à Dania Zelandiam vsq;. Vltius Abbas his malis prater  
 modum afflictus, dolens et de rusticorum cum nostris interitū,  
 de Dei tamen misericordia non desperans, damnum illatum  
 diuinitus, sua prudentia sarcire stēdit: erat illi tū sic satis  
 ex collecta pecunia in omnem euentum prospectum, Josephum  
 itaq; Aegyptiorum oeconom<sup>us</sup> sectatus annona tempore: ex pro-  
 prio enim penū sua in usum monasterij protulit, reliquos Abbas liberalis  
 vt idem facerent sedulo hortatus: quod dum factum fuit  
 facile inopia necessitatiq; ob annona defectum subuentum  
 fuit. Elapso post diluuium nouem annorum spatio, etate  
 tandem gravans, vocato ad se Abbate Horti Valtone absolutio:  
 nem in Octaua S. Joannis Baptista impetrat, qua concessa  
 Tallum migrans, eodem anno in Dno movitū; administrat:  
 tionis suae 13 salutiferi partus 1296, cadauer eius Lidlon  
 delatum fratri Hoyteto contumūlatū.

Ids Hermana Abbas 10: Anno

Anno post diluuium tertio Abbatis Præmonstratensis man-  
datu per Visitatores Frisia vtriusq; orientalis et Occiden-  
talis, Emdana, Groninganaq; ditionis omnia tam virorum  
quã feminarum lustrata sunt Collegia, reseruntq; de supersti-  
tibus vtriusq; sexus hominibus, quod fama videlicet vudiq;  
disparsum esset, Frisiam totam inundatione submersam, unde  
etiam liquido constat supereminentem Sate fuisse maris in-  
undationem. Visitatores itaq; constituti S. Abbas in Florido  
Horto, et Præpositus in Sebilioldia: ab ipso Patre Abbate

Numerus canobi Horti S. Virginis sumpto exordio, in monasterio ipsius  
tarum in Marie-  
gaerde, An. 1298 <sup>comperti</sup> quadringenti canobita; In Lidlom sexcenti, qui  
Numerus canobi: <sup>in</sup> Vinca diu fuerunt dispersi ob incediam; In Dochnum quadrin-  
taui: in Lidlom. genti; In Marna ducenta quadraginta; In Florido Horto  
In Marna. Villenirum mille; In Berta Frisia orientalis quadraginta,  
In Florido Horto  
Villenirum. In Langa Langermonda centum; In Sebiliolda centum  
In Berta. In Langa Langermonda septuaginta; In Ecclesia Montis olivati  
In Sebiliolda. In Eusemaria septuaginta; In Scona Morva viginti; In Sepulebr  
In Eusemaria. Feencklooster viginti; In Scona Morva viginti; In Sepulebr  
In Feencklooster. S. Maria Brunencklooster centum septuaginta; In Heyliger  
In Brunencklooster. lee Centum et octoginta; In Apelbe Brazel septuaginta;  
In Heyligerlee.  
In Apelbe Brazel. illud monasterium antequam Præpositi in Sebiliolda An.  
In vera Charitate. 1423 precio transfertur Cruciferis in Sebarmer, aliquando  
In Alant, Ripa Marga. domus lucis dictum; In vera Charitate quinquaginta  
In Palmavon. sex; In Alant, Ripa Maria nonaginta; In Palmavon centum  
nonaginta; illud monasterium a rapido fluvio Dollave confusum  
modo

modo non extat; Agri cateraq; suppellectilia Abbati fun-  
datovi ~~ab~~ quando olim in Viteuivom cedunt. 51

Valto Abbas Horti Patre recedente Vlpio, substitucendi Abba-  
tis sollicitudine ductus, fratribus simul collectis, de nouo  
Abbate eligendo animi sui sententiam explicat: electores  
itaq; omnes vnamini voce Ieronem Hermannam declaratum  
Abbatem representant; hic e vestigio a Patre Abbate admissi-  
sus ab Episcopo Traiectensi consecratur: idem suis quoq; con-  
sanguineis, ut vna cum ipso monasticam profiterentur auctor  
fuit, defuncto utroq; parente. Ab ipsa consecratione magno  
precio conductis archifabris mirarijs, totum templum testu-  
dine ex lapide solido obduci curauit, varia quoq; pictura  
arte laurenti communi inuestari praecipit. Tabulam in-  
super laurenti arte sculptam et inauratam summa aua  
imponit, varias insuper ades in usum rei monasticae, ut  
piscinam, uolam, Hospitium, coenaculos, magnis sumptibus adi-  
ficat. In Pago Tzium seu Tziugum, quoddam Canobolium Medom Medom  
dictum ordinis Be Mariae Magdalene ex diluuiio praedicto  
ad summam inopiam redactum, suis diutius non potuit vi-  
uere redditibus, agris fructum ob maris imbibitam salredi-  
nem negantibus, pecore omni deleto, campis et pasuis qua-  
ninae caluis, opere igitur manumario questum facientes  
seruos negotijs implicantur secularibus, quibus distracta  
ordinis vigorem profus amiserunt; submissus itaq; a Tra-  
iectensi Praesule Fredericus, qui has collectas ad mentis  
sanitatem

familiam ordinis religionem amplectendam reducit. Hic  
 Pramonstratensis ordinis candore delectatus, suarum sororum  
 usus consilio Vpium et post ipsum Prozem Abbatem accedit  
 et ut suarum omnium curam et tutelam cum reliquis monasterij  
 bonis in se recipiat impetrat. Anno igitur 1289 totum colle-  
 gium quinquaginta trium canonicarum partim Bayoni  
 partim Lidlam transferuntur, immobilia ab utroque aqua  
 lance incorporantur. Huius Abbatis tempore claruere viri

Doecho Triarda  
 Doecho Eelzma:  
 Doecho Sebeltingha

pietate insignes Doecho Triarda ex Bayon, <sup>Eckna x</sup> Doecho <sup>Eckna x</sup> Eelzma, <sup>Eckna x</sup>  
 Doecho Sebeltingha de Minderskerck, et Lindulphus Prior, ex  
 Aeniom Pago oriundus. Ex huius stemmate fundatores exhi-  
 tere monasterij Canonorum Regularium in Aeniom Anno  
 1256 auctoritate vibrandi Ecclesia in Aeniom Pastoris  
 summis quoque viribus opem ferente Dno Sibodo de Egin-  
 gha huius <sup>item</sup> Triomone et Sibvando fratribus, eorumque  
 Aeniom fundat <sup>quorum administratio</sup> Cognatu Ebel Sebeltingha, <sup>monasterium predictum me-</sup>  
 moratum fundatum et erectum. Hic ille Lindulphus  
 qui tempore Hoyteti cum reliquis Acolythi gradu est  
 initiatus. Pro tandem morbo diutino consumptus  
 Anno a functo manere undecimo, Kalen. Octobris  
 vitam <sup>cum</sup> morte commutavit, et ante altero S<sup>ti</sup> Augusti-  
 ni Hoyteto iunctus sepelitur Anno virginis partus 1309

Sibo Sibvanda. Abbas n<sup>o</sup>  
 Prozone defuncto, adest e vestigio Pater Abbas Hort  
 S<sup>ta</sup> Virginis Sibvandus eius nominis secundus vir cov:  
 datus

atus, magnæq; auctoritatis; Sic curato funere omnibus locutus 53  
 de electione noui Abbatis verba facit, post breuem itaq; con-  
 sultationem, oppido nominatur Dns. Pibo Sibrandus; electus  
 Abbas deducit in eboro ad sedem primariam, illumq; con-  
 firmans discedit. Pater ergo Pibo Traiecto rediens Abbas  
 consecratus virtuti plurimum studuit, cui Sand minus  
 quam religioni ab ipsa inuente aetate addictus fuit:  
 Abbas deinde electus virtutem innatam bonis artibus  
 magis explicat, sic ut viri tam honesti et pi fama ubi-  
 libet locorum diuulgata, magnam sui estimationem re-  
 liquerit; vnde frequenter etiam in arduis Comitiorum ne-  
 gotijs, condendo iure Frisico, transactionibus, inuimq; ter-  
 minis suum requisitum interposuerit iudicium. Accidit  
 quandoq; Frisiam exterorum incursionibus misere turbari,  
 quas turbas et bella ipso mediatore frequenter conso-  
 pita esse certis ea de re litteris confectis monstrari potest.  
 suorum quoque in utroq; canobio subditorum curam ad-  
 modum vigilantem acssit, praesertim autem ordinis inte-  
 gritas et candor <sup>injs</sup> ue seruaretur. Neq; demum ab edificio-  
 rum maiestate et splendore animum abstraxit; specta-  
 biles namq; Abbatis aedes, Camenedam vocant, praecate: Abbacia erecta  
 vis celsitudine conspicuas validoq; opere structas, proprijs  
 adornauit redditibus, ut vel hinc elicere quilibet possit Abbatis pensio  
 Abbatis quondam ex agris propriam assignatam fuisse annua.  
 pensionem

54 pensionem. Vita denuum feliciter acta, summo omnium do-  
lore anno sua praesentia 15, Incarnati Verbi 1325  
fato concessit.

### Eelko Liankama Abbas 12.

Tuitquum  
Berlkom.

Pibone viro spectabili defuncto Pater Abbas Poptelus elec-  
tioni nona praesidens Eelkonem virum spectatum electum  
confirmat. Hic nobili Liankama familia ortus, ab inc-  
unte aetate pietatis semina imbibit; quibus proficiens sa-  
cerdotio decoratur, paulo post Ecclesia in Tuitquum nunc  
Berlkom Pastor electus, summa exemplar probitatis exstitit,  
ibidem praecipuam Pastorum aulam Camenedam cum hy-  
potheo a fundamentis erexit. Abbas dein designatus die noc-  
tuusq; tempore brumali nudis incedens pedibus sacris inter-  
fuit, inedia corpus macerans, diabolo candenti ferro ac-  
Satanas tentator currenti fidei constantia restitit, ornamenta multa Eccl-  
siastica auro distincta, a nobis conspecta, Ecclesia dedit.  
Bellum quoque necessario aduersus viros nobiles et strenuos  
ab Eelzma sustinens, utriusq; monasterij nomine magnos  
sumptus facit, plus quam centum octoginta stipendiarios  
milites sustentans, exceptis proprii ordinis fratribus con-  
uersis armatis; cumq; magnam dispendium patere, in  
aedi-  
ficijs nihilominus curandis intentus fuit, Abbatibus naq;  
domum in Monte S. Michaelis ingenti labore aedi-  
ficat et complet: Ecclesias etiam in Tuitquum, Sexbirum, et  
Spannom monastica ditioni Lidlomenk inserit. In ad-  
monitio:

In admonitionibus summa utebatur verborum dulcedine; in correptione pro temporis ratione, aliquando durior existit; nam sen-  
 Jim religionis labascente fervore, diabolus omnia in deterius promovente, multorum coactus est capere improbitatem: quibus decoratus virtutibus deo per omnia placuit, impijs vero displicuit, magnamq; sibi confluxit invidiam; qua in dies augetur in pessimum nefarium et abominandum provulsi seclus. Moris fuit omnibus per totam Frisiam monasteriis, praecipuas agrorum suorum possessiones, Garangias et Allodia *Allodium quid.* vocant, fratrum conversorum et Laycorum colere laboribus, unde et Munchhuysen, dicta sunt; ex his quicquid de lacta-  
 vijs, pecore et frumento prater necessariam supererat sustenta-  
 tionem, id optima fide et obedientia suo deferrebant monasterio,  
 Sinc magnus in monasteriis canonicorum alitum numerus.  
 Quorum itaq; possessiones longius a monasterijs fuere distitas  
 maiorem libertatis occasione <sup>fratres</sup> nacti, passim degenerarunt,  
 sic ut crebris Patrum admonitionibus indigerent: quanto itaq;  
 longius a canobus conspectu aberant, eo magis aberrarunt.  
 Abbas Eelko reliquorum Patrum exemplum imitatus, frequen-  
 tius eos inuisit, et suo more graviter quicquid offendit cor-  
 ripit. Erant monasterio Lidlomensis ex applicatione canobus *Boxum.*  
 in Fraenyom dua praeceteris possessiones in Boxum insigni: *Munchhuys*  
 ores (nomen vni Munchhuys, alteri Ter poerten, cui *Ter poerten*  
 a Porta nomen extitit Scheltinganorum, ex hereditate *Fejtsma*

Feytsma.  
Oedsma.

Feytsma et Oedsma) Garum monachi dulci fortuna ebrj ob  
vita turpitudinem, ex feminarum raptu, violentia, iniuria et  
ebrietate contractam, delati Abbatem valde commouent. Ad  
instantem itaqz Pascha festiuitatem, ipsa quadragesima, tri-  
duo ante festum Sabatationis diua Virginis eo proficiscitur  
et prater sacellanos Enullius sibi mali conscius, nihil confert,  
vt suis saltem salutiferis exhortationibus moniti, suaqz de-  
licta confesse recipiscerent. Ipsi vero iam dudum meditatam  
necem proponentes; oblatam malegerenda rei occasionem omitten-  
dam minime censent: receptum itaqz in sua castrum Terpor-  
ten Abbatem cum sacellanis, aduocatis ex propinquo reliquis  
conuersis, honorifice tractant, altariqz potu denso et quauis  
ipsam iniquitate statuunt; ille abstineus et pareus ebrj-  
etatem exhorrescens equidit; transgresso ponte castrum  
aperit, clausosqz cubili, lectos interuila, caligis, cingulo, pileosqz  
nocturno instructus se collocat, fufisqz ad deum precibus  
himno se componit: paulo post secuti sacellani idem faciunt:  
Conuersi vesidini decretam lamienam proferentes, rationes  
et modum ipsum interficiendi statuunt. In rabiem itaqz versi  
transgresso Ponte valuas castri obseratas inueniunt; effractis  
ergo fenestris recta ad ipsum contendunt. Abbas fragore  
fenestrarum experrectus, summa inatqz mansuetudine, voce  
admodum humili et submissa rogat quid velint? Te inquiunt  
voluimus perfide et scelerate; quid rei tibi nobiscum insensate  
et fu-

et fucate Hypocrita? accessisti corrigere nos velut impios adul-  
 teros et ebrios, ipsus impius et potator maximus. Ille ex  
 inopinata violentia stupefactus, neq[ue] quemquam, qui sibi  
 suppetias ferat cernens: Ecquis inquit vestrum me vidit  
 potum et ebrium? imo inquirunt te nimio potu obrutum egre-  
 dientem conspeximus et vomentem, idq[ue] tua receptum manica  
 ne deprehenderis: ille rursus; ite manicas inuertite; ipsis  
 itaq[ue] appropinquantis tunicae manicas, rosas in eis sparsas vident. *Miraculu[m].*  
 Hinc in rabiem versi, ipsum magnam incantatorem et  
 diabolicum pronuntiant, maioriq[ue] furore astuantes arrepto  
 baculo, ingentis capiti inflicto vulnere, <sup>ita</sup> ut cuius mirros res. *Abbas truci:*  
 periret, ipsum <sup>ve</sup> excedebant, sublato dein cadauere per fenestram  
 praecipitans in fossam praecipitavit; post tridie summo mane femina  
 transiens partem panni candidi <sup>agnis</sup> superuolatantem conspiciens  
 propius accedens, ipsum Abbatem offendit mortuum et inter-  
 fectum; illa sublato clamore totum pagum commouit: fit  
 itaq[ue] multorum ad miserum et fletibile spectaculum  
 Dominum conuersus; erigunt tandem cadauer imponunt  
 loculo, simulq[ue] cum sacellanis altomitis Lidom deferunt, ubi  
 in ipso fustrum conuersum eboro terra mandant: Som-  
 nida dolo capti, et palis affixi viui exusti sunt; castrum  
 euersum est, <sup>et</sup> agrum quoq[ue] abalienantur. Venerabilis Abbas  
 Sanctitatis opinionem posteris relinquens, editis miraculis cla-  
 ruisse dicitur. Trucidatus est anno 1332; postmodum a  
 Venera:

58 Venerabili viro hno Joanne Keppel Abbate Lidlomenfi  
tumba donatus in posteriori parte templi quiescit Anno 1528

Rempo Veidom Abbas 13<sup>9</sup>

Canobita Lidlomenfes<sup>ob</sup> facti turpitudinem praeter  
modum tristes, desperatis rebus, quid agant, quo se ver-  
tant profus ignorant; fatum illud ineluctabile et detesta-  
dum mentibus illorum nunquam exidere potuit, unde cre-  
bri gemitus, virginuq; in Bayom plaudus: Videre quoque  
et censere multorum sibi, ex facto tam detestabili, inferos  
animos, sic ut de turbando et evertendo toto canobio quancumq;  
consultum noscat. Jelgerus Pater Abbas huius nominis  
secundus, vir prudens et facundus, multis rationibus adductis  
dolorem longa oratione quantum potest mitigat, ipsorum  
Somicidarum factum reliquis non posse imputari canobitis  
demonstrat, parricidas etiam flamma exustos iustas luisse  
penas; demum de nouo substituendo Abbate mentionem fa-  
cit; quas a gre admodum conuenientes, collatis in medium  
suffragijs, dum Remponem Abbatem pronunciant; Sic ab  
Jelgero confirmatus Traiectum proficiscitur consecrationem  
expetens, cui Traiectensis Praesul ob perpetuum Somi-  
cidium summas creat molestias, indignum ratus, nefarios  
istos parricidas, criminis inauditi reos, Abbatis Collegijs  
decore in posterum honorare, sed ijs omnibus solandos po-  
tius ducens. Ille autem pro viribus semet defendens, Somicidas  
igni

igni traditos, et pro crimine satis dignè multatos aiebat, <sup>59</sup>  
reliquos autem innocuos indignum pessimorum luere  
seclis. Impetrata tandem summa difficultate consecrati-  
one, rediens, illatam monasterio impietatis nebulam  
sua prudentia, ordinis rigore, fratrum quoque observata  
obedientia et humilitate discutit. Fuit sic Rempo Abbas  
ex pago Wejdom oriundus, ordinem ingressus, Pastor in Wejdom  
Asterzee postmodum ordinatus, Abbas denique designatus,  
felicissimo ingenio fata perferit admodum infelicia, sic ut  
omnis dignitatis sua cursum labor et dolor exstiterit.  
Secundo prefectura sua anno reparationi sacrae adis  
insistens ad instantem hyemis necessitatem arundineum  
tectum reficit, et turrim ligno ligno lenigato tectam,  
pice cocta oblinit; operarii exstincto in turri igne se-  
cure descendunt, sub noctis medium ex fanilla subitida <sup>Inconduum</sup>  
ventorum flatu excitata est flamma, quae ligna arida <sup>Anno 1334.</sup>  
et piceata ex propinquo incendit; flamma dein vehe-  
mentior facta totam turrim absorbit, et caetera labens tem-  
pli totius tectum incinerat; sic ut ex integro quadran-  
tilari edificio (excepto Cantonicorum dormitorium vocant)  
nihil illatum et non absolum remaneret. Noni hinc  
oriuntur genitus, et cum damnum multis videretur irre-  
parabile plurimorum animos suspensos tenuit. Abbas com-  
municato cum senioribus consilio, novam restorationem  
meditatur

60 meditatū, multorum utriusque sexus hominum accedunt  
donavia: et quod opus illud ingens quibuslibet non potuit  
restaurari trabibus et lignis, maiori sumptuum copia,  
multorum pedum comparanda fuisse ligna; quibus ad  
noctis fabri accedunt lignarii, magnus ad novum fa-  
brile opus <sup>vivorum</sup> vicinis ad negotium promovendum  
accurrunt numerus, celeri itaque manu contignationes  
apparatae in sublimem feruntur, et ex ordine omnes erigun-  
tur, at fabricarum incurvia nec compinguntur, nec sti-  
pitibus ad quemvis ventorum flatum succumbunt: sub  
noctis ergo medium Eolus suis viribus erumpens vede-  
menti turbine totum opus concutit, et post longam  
quassationem deiecit, adeo ut extrarum collisione omnia  
comminuerentur: templi quoque testudines maiori ex  
parte una corruunt, sic ut de damno posteriori magis  
doluerint omnes quam priore: Rursum Abbas resumptis  
viribus, naufragos imitatus, ex contractis trabibus no-  
vis additis, alteram aedificavit fabricam, et reparationi-  
bus novis maiori sollicitudine munitis tectum arundi-  
nem imponit, nec minori studio reliquas aedes pro  
viribus reficit. Ac sic variis in vita infortunij procellis exa-  
gitatus, huius aevi terminum a Deo ipsi designatum ad-  
septus, laetus in Dno moritur, functi muneris anno quarto,

Ventus.

Nati

nati saluatoris 1336 in vigilia s: Andree Apostoli, et  
templo illatus, sepelitur ad Valvas sacrorum, ibidemq; la-  
pide tectus quiescit.

Goedefridus Andla Abbas 14<sup>o</sup>

Vulgo Goerd.

Ipsa die s: Andree Apostoli Canonici Ecclesiarum cum  
reliquis monasticis simul collectis post fufas ad Deum Andla Sedie  
preces, presente Dno Popteto Jelsevo Patre Abbate omnia Sigma.  
sua Dno Goedefrido vota conferunt. Erat Sic natione Friis  
ex Pago Ried familia nobili Andla eiusdem antea Ecclesia  
Pastor: qui relicto Sabitu seculari ordinis institutum de Andla Ried  
fidrans Lidlem ingreditur et excipitur; qui vbi dum studiis  
litterarum admodum esset intentus, utriusq; iuris exactam  
noticiam percepit, progreffu deinde temporis reliquos multis  
praecurrans parafangis Ecclesia in Berthom Pastor praeficitur;  
Hanc spartam nactus summe coluit, vnde et ipsi ad futuram  
postmodum dignitatem liberior patuit accessus. Abbas inan:  
quatus reliquas ades ex incendi conflagratione necdum  
reparatas, pristino nitore restituit, Abbatis aulam addita  
ab ipsis fundamentis insigni ad meridiem camera noua coro-  
nat, contiguationi noua turris campanam maiorem in-  
fert, pecorum domos, stabula, aras et quicquid demum ve-  
liquum erat ex integro erigit. Illatum a monachis floridi  
Campi

Lüdingakerck. 62

Tading  
et Seere Adelcn

Αποδτροφος  
ad lectorem.

Miles politicus

Miles Christi  
annis.

Campi in Lüdingakerck, Tadoni et Seere ab Adeclen con:  
federatis bellum, conscriptio magnis expensis milite, sua  
industria auertit, res demum per intercessores Cet arbi:  
tros componitur. Vides optime lector turbulenta tempora  
diaboli instinctu hominibus dementatis, monasticis quoque  
rebus immixta; qui hac hac rei turpitudine quassus, calum  
terra miserit, omnia simul confunderet. Quid enim turpius  
quam monachum mundo mortuum in armis hostibus esse  
formidini, gladio praecinctum, arcum insignem Equorum  
tunc magnus fuisse constat usus) clypeo munitum, caput  
galea tectum, hosti semet praebere conspicuum; Cui ex  
praepcepto S. Pauli longe praestantior datur panoplia gladius  
spiritus, clypeus fidei, galea salutis; sed hac latius in Co:  
dice maiori. Abbas demum Cpi ab inito magistratu An:  
vita metam adeptus suo Anima reddidit; Salutis 1347.

Vibrandus Vobbingda Abbas 15.

Vinea opt  
Dni. Sand

Vobbingda

Vinea  
castri.

Venerabili Patre suo Godofredo defuncto; presente Patre  
Abbate suo Valtonne omnes simul collecti Canonici post  
imploreatam Spiritus si quatiem, eligunt suum Vibrandum  
Vinea Praepositum opt Sand, quem electum Pater  
Abbas confirmat. Hic in Pago Vendom parentum natalibus,  
Vobbingda castro natus, Praeposituram quibervans Castri  
monastica ditionis ex integro restaurat, monachorum  
Floridi

Floridi Campi vivibus licet impar, violentiæ tamen fortiter  
 resistens, illos pedem referre cœgit. Audis lector bella monasti-  
 ca satbana ludibrium. Abbas dein electus restorationi tem-  
 pli intentus, testudines, trabiûm collisione quassatas, opera  
 Sodonis Conuersi fabri mûvari, ex integro exceptis tribus poste-  
 rioribus restituit: Conuersorum quoq; nosocomium cum adiecta  
 Sæ Virginis adicula hæta in <sup>ca</sup> ~~ca~~ miteriol septentrionali, ex inte-  
 gro erigit, ob ingentes fratrum pene omnium ægritudines  
 fatales, illic ob locorum distantiam commodius curandas. Pests valida

Memorabilis <sup>enim</sup> illa lues Hamburgo et Brema sensim perditione  
 Groninganam prorepens multa, absumpsit hominum milia.

Memini ex Antiquitatum <sup>monasterii</sup> Floridi Horti monumentis me  
 de hac peste id conuertum habere, in canobio præfato  
 interiisse Canonicos 20, monachos 12: et in Campo Rosarum  
 Nijclooster 80 canobitas eadem lue periisse. Abbas quoque cum  
 reliquis infectus diem claudit extremum, An: suæ dignitatis  
 4. salutiferi partus 1351.

Floridus Hortus  
 Viteuivrom.

Campus rosarum  
 Nijclooster.

Syardus Abbas, 16.  
 Defuncto Dno. Vibrando, Verpius Abbas Horti Sæ Virginis  
 accedens funebria curat, et ne quidquam detrimenti Ec-  
 clesia suo orbata pastore pateretur, vndiq; collectos reliquos  
 de noua electione incûnda sedulo hortatus, locum itaq;  
 electioni destinatum accedentes, numinis celestis præsidium  
 implorant, quo facto Dñm Syardum Ecclesia Belhomonæ  
 Pastorem, Abbatem salutant, Ecclesia idem Vinsonana quon-  
 dam et Pastor et Becanus; quo in statu collectam sua industria  
 pecuniam tempore admodum necessario Dno Remoni et Godefrido  
 Abbatibus

64 Abbatibus optima fide et obedientia obtulit, quia sua integri-  
tate ad futuram diuinitatem suorum animos facile commouit.  
A Patre Abbate confirmatus, consecrationem ob perpetuas quas  
tolerabat aegritudines, mortem sibi credens proximam, distulit.  
Calicem argenteum ab aurifabro Hebbone in Letrens insigni-  
ter formatum, sui perpetuum munusculum Ecclesiae reliquit.  
Tandem viuis annis elapso in diuinitate spatio in Dno  
moritur: salutis anno 1352 in vigilia natiuitatis S.  
Joannis Baptista, et vibrando contumelatus ante quadam pras-  
biterij quiescit.

Theodoricus Abbas 17.

Defuncto Dno ~~Vibrando~~ Verpius A Triarda Pater Abbas  
Decem peractis diebus, rediens ipso die Translationis Sui:  
Quartini electioni noua praesidens, post longam orationem,  
de modo noua electionis inuenda disseruit: ingressi igitur  
simul adem capitularem quotquot erant Lidonensis sedantis  
electione concordati sum. Theodoricum Ecclesiae in Tuitum  
Pastorem Abbatem nominant; electus non sine difficultate  
Praefectura onus in se recepit; precibus tandem suorum, et Patris  
quoque Abbatis auctoritate victus, confirmari se patitur,  
vir magni iudicij et insignis literaturae. In pago Trum-  
marum parentibus natus honestis fortunisque splendidis; ab  
Lutetia Academijs Grammaticis praecipue Lutetiam primam Galliae totius  
Academiam adijt studijs utriusque iuris vacaturus: rediens dein  
ordinis candore delectatus, Electionem itaque Abbatem salutans,  
eundem precibus obtinet: nonicys debinc institutendis pra-  
fectus

Hebbo aurifa-  
ber in Letrens.

Lutetia Academijs  
Grammaticis  
Galliae totius

